MENS ET ANIMUS

PARS I

MARTHA M. ASSMANN

MENS ET ANIMUS

PARS I

DE VOCABULIS, QUIBUS POETAE TRAGICI MENTEM ANIMUMQUE SIGNIFICANT.

MENS ET ANIMUS

PARS I

DISSERTATIO INAUGURALIS, QUAM EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI REMMELT SISSINGH MATH. ET PHYS. DOCT., IN FACULTATE MATHESEOS ET PHYSICES PROF. ORD., AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU ET NOBILISSIMAE FACULTATIS LITTERARUM HUMANIORUM ET PHILOSOPHIAE THEORETICAE DECRETO PRO GRADU DOCTORATUS SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS IN UNIVERSITATE AMSTELODAMENSI RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS PUBLICO EXAMINI SUBMITTET

MARTHA MAGDALENA ASSMANN

TEGELENSIS,

DIE IX M. IUNII A. MCMXVII HORA III

IN AULA ACADEMICA.

AMSTELODAMI

APUD A. H. KRUYT

MCMXVII

PATRIS PIAE MEMORIAE
CARISSIMAE MATRI

Studiis Academicis absolutis sinceras animi gratias ago Vobis omnibus, Viri Clarissimi, qui per hos annos doctrina Vestra me instituistis, benevolentia me Vobis devinxistis, imprimis Tibi, clarissime KUIPER, promotori aestumatissimo, cuius institutioni, consilio, humanitati quantum debeam, magis sentire quam verbis eloqui possum ; itidem Tibi, clarissime BOISSEVAIN, qui etiam postquam Academiam reliqui, ut seminario historico interessem liberalissime concessisti. Vestra omnium nomina, dum studii academici recordabor, cara mihi erunt.

Pro comitate, qua mihi cum in his plagulis corrigendis, tum ceteris in rebus adfuisti, me Tibi quoque, doctissime VAN HILLE, permulta debere grato animo testor.

CONSPECTUS OPERIS.

PRAEFATIO.

In Mnemosynes Nova Serie XXXVI 1908 pag. 419 sqq. de vocabuli τρόπος vi atque usu per saecula VI et V agens K. Kuiper pag. 429 sq. haec disserit: „*Apparet itaque Euripidis aetate iam eo perventum esse, ut cum certa quaedam animi inclinatio nomine τρόπῳ significaretur, adiectivo circumscribi posset....; itidem autem tota hominis* διάθεσις *singulari* τρόπῳ *indicabatur, addito, si res ferebat, adiectivo... neque apud Euripidem neque apud oratores huius usus exempla desunt. Quod autem temporis lapsu crevit in hac re neglegentia, ita ut magis magisque ipse animus, ipsa indoles nomine* τρόπῳ *indicari posse videretur, haud minima culpa fuit tragicorum, praesertim Euripidis quo nemo magis vocabulorum* φρὴν (φρένες) ἦθος (ἤθη) ψυχὴ θυμὸς καρδία τρόπος *notiones conturbavit. Sed de hac re alias....*"

Ex his verbis argumentum huius libri sumptum est. Nam mihi videbar haud inutile opus susceptura esse, si magis universe et data opera agerem de vocabulis, quibus poetae tragici mentem animumque significassent. De usu eorum vocabulorum in Homeri carminibus multi alii iam egerunt. Libri, quos ipsa inspexi, hi sunt:

G. Helbig, de vi et usu vocabulorum φρένες, θυμός similiumque apud Homerum, 1840. O. Retzlaff, Proben aus einer homerischen Synonymik, I 1866, II 1867. E. Buchholz, Die homerischen Realiën, I 1871, III 1885. H. Schmidt, Homerische Synonymik, 1885. M. Hoffmann,

die ethische Terminologie bei Homer, Hesiod und den alten Elegiakern und Iambographen, 1914.

Praeterea non pauca sumpsi ex:

K. F. Naegelsbach, Homerische Theologie[3], 1884 atque ex eiusdem Nachhomerische Theologie, 1857. K. Kuiper, Wijsbegeerte en Godsdienst in het drama van Euripides, 1888. J. Berlage, Commentatio de Euripide philosopho, 1888. H. von Wilamowitz-Moellendorff, Herakles, 1889. E. Rohde, Psyche[2], 1898. Th. Gomperz, Griechische Denker[2], 1903. W. Wundt, Griechische Ethik, 1909. M. Schneidewin, Zur Homerischen Psychologie, N. Jahrb. 1903, pag. 439—443 atque multa alia, in schedis periodicarum chartarum latentia, quae suo loco referam.

Ex libris aliorum mihi innotuerunt:

Halbkart, Psychol. Hom. 1796. Wagner, Psychol. Hom. 1833. Grotemeyer, Homers Grundansicht von der Seele, 1854. Jansen, Ueber die beiden hom. Cardinaltugenden, 1854. La Roche, hom. Studien, 1861. Gottschlich, Psych. Hom. 1864. Daremberg, la médecine dans Homère, 1865. Fulda, Unters. üb. d. Sprache der homer. Gedichte I, 1865.

In rebus, quae ad artem grammaticam pertinent, semper fere secuta sum Kühner-Gerth, Ausf. Gr. der Gr. Spr.[2] I 1898 II 1904; ubi egi de formis verborum, quorum prior pars praepositio παρά est, dissertationem adhibui, quam scripsit P. v. d. Laan, de παρά praepositionis vi apud Euripidem in compositione verborum, 1907.

Plerumque textum exscripsi, quem praebet H. von Wilamowitz-Moellendorff in Aeschyli, K. Kuiper in Sophoclis, G. Murray in Euripidis fabularum editione, sed ita ut de versibus dubiis disputarem, neque semper orthographiam, quam exhibet Murray, usitatae praeponerem.

Ad versus Sophocleos semper commentarium adibam, quem scripsit R. C. Jebb. Pro fragmentis consului: A. Nauck, T.G.F. 1885, pro recentioribus imprimis A. Hunt, Fragmenta Tragica Papyracea, 1912. Ceterorum scriptorum Graecorum, quorum loci afferentur, non semper editiones recentissimas inspexi, sed eas, quae mihi praesto erant. Nec non multa me debere H. Ebeling, Lex. Homerico, 1885, Fr. Ellendt Lex. Sophocleo, 1835 (ed. alt. cur. H. Genthe 1872), G. Dindorf Lex. Aeschyleo 1873, E. Boisacq Dictionnaire étymologique de la langue grecque, 1916, ad cuius paginas, in hac materia parum experta, satis habui etymologias singulorum vocabulorum reicere, ingenue confiteor. In novis partibus Papyrorum Oxyrhynchiarum aliarumque nova fragmenta poetarum tragicorum reperientur, in quibus vocabula, de quibus egi, occurrent. Sic quoque si quis alius, imperfectus manebit hic liber, qui paucis delectationi erit, ac mihi ipsi plus attulit laboris quam voluptatis. Multa in eo desiderabuntur, quae omissa sunt, multa fortasse invenientur, quae abundant. Sed multa quoque didici hac dissertatione scribenda, quod opus suscepi non tam, ut alios docerem, quam ut me ipsam exercerem. Et si non prorsus inutile videbitur iis, qui versantur in ea arte, quae vocatur lexicographia, contenta ero.

CAPUT I.

ΦΡΕΝΕΣ. ΦΡΗΝ.

Φρήν (origo incerta cf. Boisacq pag. 1037) proprie significat *praecordia.*

Vocis φρενός hanc esse primariam notionem antiqui scriptores fere consentiunt, ex quibus praesertim audiendus est Aristoteles de part. an. 3. 10: „τυγχάνει δὲ ταῦτα (sc. viscera) κεχωρισμένα ἀλλήλων τῷ διαζώματι· τοῦτο δὲ τὸ διάζωμα καλοῦσί τινες φρένας, ὃ διορίζει τόν τε πλεύμονα καὶ τὴν καρδίαν. καλεῖται δὲ τοῦτο τὸ διάζωμα ἐν τοῖς ἐναίμοις ὥσπερ καὶ εἴρηται φρένες· ἔχει δὲ πάντα τὰ ἔναιμα αὐτό, καθάπερ καρδίαν καὶ ἧπαρ· τούτου δ' αἴτιον ὅτι τοῦ διορισμοῦ χάριν ἐστὶ τοῦ τε περὶ τὴν κοιλίαν τόπου καὶ τοῦ περὶ τὴν καρδίαν, ὅπως ἡ τῆς αἰσθητικῆς ψυχῆς ἀρχὴ ἀπαθὴς ᾖ καὶ μὴ ταχὺ καταλαμβάνηται διὰ τὴν ἀπὸ τῆς τροφῆς γενομένην ἀναθυμίασιν καὶ τὸ πλῆθος τῆς ἐπεισάκτου θερμότητος .... διὸ καὶ καλοῦνται φρένες, ὡς μετέχουσαί τι τοῦ φρονεῖν· αἳ δὲ μετέχουσι μὲν οὐδέν, ἐγγὺς δ' οὖσαι τῶν μετεχόντων ἐπίδηλον ποιοῦσι τὴν μεταβολὴν τῆς διανοίας.... Ὅτι δὲ θερμαινόμεναι ταχέως ἐπίδηλον ποιοῦσι τὴν αἴσθησιν σημαίνει καὶ τὸ περὶ τοὺς γέλωτας συμβαῖνον...."

Itaque proprie φρένες significant membranam, qua thorax a ventre discernitur, qua continentur καρδία, ἧπαρ, θυμός,

omnes animi partes, ad quas affectus pertinent. Quo factum est, ut ex antiquissimis temporibus homines φρένας suas locum ducerent, ubi animi affectus collocati essent.

Non solum sentiendi facultatem, animi perturbationes, sed etiam cogitandi et intellegendi vim in iis praecordiis sitam esse existimabant. Conferenda sunt ea, quae dicit Aristoteles de an. III 3 „καὶ οἵ γε ἀρχαῖοι τὸ φρονεῖν καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι ταὐτὸν εἶναί φασιν...... πάντες γὰρ οὗτοι τὸ νοεῖν σωμάτικον ὥσπερ καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι ὑπολαμβάνουσιν·" Sed iam multo ante Aristotelem longe aliter senserat is, qui scripsit περὶ ἱερῆς νόσου p. 310 G „τῆς μέντοι φρονήσιος οὐδετέρῳ (neque φρεσί neque καρδίᾳ) μέτεστιν, ἀλλὰ πάντων τουτέων ὁ ἐγκέφαλος αἴτιός ἐστιν."

Tum, quoniam omnes facultates ψυχικάς comprehendunt φρένες(φρήν), nomen pro homine ipso usurpari coeptum et ut homo sensibus praeditum est.

Denique vocabulo φρένες designantur ea, quae ἐν φρεσίν posita sunt, ut consilium, voluntas, cogitationes, mens.

Φρένες (φρήν) igitur sunt:

I *Praecordia.* Cuius primariae notionis etiam apud poetas tragicos vestigia inveniuntur. In Homeri carminibus ea significatione pluralis tantum numerus vocis occurrit. Singulari numero ita nomen adhibetur ab Aeschylo Prom. 881.

AESCH. Prom. 881 κραδία δὲ φόβῳ φρένα λακτίζει· 361 φρένας γὰρ εἰς αὐτὰς τυπεὶς ἐφεψαλώθη κἀξεβροντήθη σθένος. Ag. 995 πρὸς ἐνδίκοις φρεσὶν τελεσφόροις δίναις κυκλούμενον (Headlam κυκώμενον v. s. v. κέαρ) κέαρ: ad praecordia mea iusta cor meum agitatur motione, quae non inrita portendit. Quod cor palpitat, praecordia quoque contremiscunt. Nomine φρεσίν translate usus est poeta (quod patet ex adie-

ctivo ἐνδίκοις), sed ita ut propria sententia adhuc appareat. Item res se habet Choe. 832 Περσέως τ' ἐν φρεσὶν καρδίαν †σχέθων: animum Persei in praecordiis †habens. (cf. infra s. v. καρδία pag. 239).

Eum. 158 ἐμοὶ δ' ὄνειδος ἐξ ὀνειράτων μόλον . . . ἔτυψεν . . . μεσολαβεῖ κεντρῷ ὑπὸ φρένας ὑπὸ λοβόν.

Cum vocabulo λοβός saepe pars iecoris significetur, praecordia autem iecur atque cor contineant, hoc loco, quoniam ὄνειδος comparatur cum carnufice, vox proprio sensu adhibita est.

SOPH. Trach. 931 πλευρὰν ὑφ' ἧπαρ καὶ φρένας πεπληγμένην.

Praecordia significans Aeschylus nomen q u i n q u i e s, Sophocles s e m e l usurpavit.

II *Sedes affectuum.*

'Εν φρεσίν (φρενί) habitare θυμόν, κέαρ, ἦτορ iam dictum est. Itaque perturbationes animi, quae ad ea pertinent, etiam φρενῶν (φρενός) propriae sunt. Ad eos affectus indicandos magna verborum varietate utuntur poetae tragici, cum modo, ut in verbis δάπτειν, κνίζειν, θιγγάνειν, ἀνθάπτεσθαι primariam φρενῶν (φρενός) notionem menti proponunt, modo abstractis, quae dicuntur, verbis animi affectum indicant. Sed quoniam ad eam normam referre ingentem copiam exemplorum dubiae utilitatis videtur, praestat iam indicare quosnam animi affectus cum voce φρένες (φρήν) coniungant poetae.

a. d o l o r e m, t r i s t i t i a m.

AESCH. Choe. 157 κλύε δέ μοι, κλύε σέβας ὦ δέσποτ' ἐξ ἀ μ α υ ρ ᾶ ς φρενός: audi auguste domine, ex animo meo dolore nubilo facto. Ag. 546 ὡς πολλ' ἀ μ α υ ρ ᾶ ς ἐκ φρενός μ' ἀναστένειν, lamentationes ex animo, qui ut mare procella graviter commotum obscuratur, sublime feruntur cf. Pers. 115

φρὴν μελαγχίτων Ai. 954 κελαινώπαν θυμόν etc., de quibus infra s.v. θυμός pluribus verbis exponetur. Iam apud Homerum legimus A 103 P 449. 573. δ 661 φρένες ἀμφιμέλαιναι, quem locum Buchholz Hom. Real. III 2 pag. 75 sic interpretatur: *„Was aber das Epitheton* ἀμφιμέλαιναι *betrifft, welches der Dichter in den angezogenen Stellen den* φρένες *beilegt, so bekundet er durch diese Epithetirung seinen scharfen anatomischen Blick, da in unmittelbarster Nähe der Zwerchfellregion Muskeln und Eingeweide von schwarzröthlicher Färbung liegen und dieselbe auch ihrem Nachbarorgan mittheilen".*

Item C. G. Helbig dissertatio de vi et usu vocabulorum φρένες, θυμὸς e. q. s. pag. 8 et alii, a quibus omnibus dissentio.

EUR. Alc. 797 οὔκουν . . . πίει μεθ' ἡμῶν . . . ; καὶ σάφ' οἶδ' ὁθούνεκα τοῦ νῦν σκυθρωποῦ καὶ ξυνεστῶτος φρενῶν μεθορμιεῖ σε πιτυλὸς ἐμπεσὼν σκύφου, schol. ad Alc. 798: μεθορμιεῖ σε· οὐκέτι γὰρ δακρύσεις ἐὰν πίνῃς. σκυθρωπός est, qui vultu composito et adducto est; transfertur adiectivum de vultu ad animum, qui etiam contractus ξυνεστώς vocatur, imagine a rebus liquentibus sumpta, quae ξυστῆναι dicuntur. Postea vultus ξυστῆναι dicitur. Hipp. 983 πάτερ, μένος μὲν ξύστασίς τε σῶν φρενῶν δεινή: schol. ad Hipp. 983 ξύστασις· πύκνωσις λύπη· οἱ γὰρ χαίροντες ἐκ τοῦ ἐναντίου διαχέονται N A^{g} B; cf. Cic. Tusc. IV 66 eodem enim vitio est effusio animi in laetitia quo in dolore contractio. Scholiasta ad Hipp. 983 nomen ξύστασιν per vocabulum πύκνωσιν interpretatur, cum verbo πυκάζειν cohaerens.

Recte igitur mihi videtur Helbig pag. 7 interpretari verbum in versu Θ 124 Ἕκτορα δ' αἰνὸν ἄχος πύκασε φρένας ἡνιόχοιο (Θ 316, P 83): *„Homerus afflictas dolore Hectoris* φρένας *coartatas esse et contractas dicit. Nam ita* πυκάζειν *vertendum esse, cum vehementiore dolore afflicti partes cordi proximas ipsi coartatas sentiamus, facile intellegitur."*

Verbo ξυνιστάναι opponitur ἐκγαληνίζειν.

EUR. Hyps. 3. 3. H ἐκγαλη[νιεῖ φ]ρένας.

AESCH. Choe. 211 πάρεστι δ' ὠδὶς καὶ φρενῶν καταφθορά. EUR. Hel. 1192 ἤ φάτιν τιν' οἴκοθεν κλύουσα λύπῃ σὰς διέφθαρσαι φρένας;

AESCH. Ag. 103 ἐλπὶς ἀμύνει φροντίδ' ἄπληστον [τὴν] θυμοφθόρου λύπης φρενί (sic versum correxit Wilamowitzius cf. infra s. v. θυμός pag. 172).

EUR. Alc. 878 ἔμνησας ὅ μου φρένας ἥλκωσεν. frgm. Niobae v. 10 (O. P. II pag. 26) [παιδὸς μ]ὲν οἰκτρὰ συμφορὰ δάπτει φρένας. Heracl. 483 μὴ 'πὶ τοῖς πάλαι κακοῖς προσκείμενόν τι πῆμα σὴν δάκνει φρένα. Phoen. 383 ὅπως δ' ἔρωμαι, μή τι σὴν δάκω φρένα, δέδοιχ', ἃ χρῄζω. Med. 599 μή μοι γένοιτο .... ὄλβος ὅστις τὴν ἐμὴν κνίζοι φρένα.

Alc. 108 ἔθιγες ψυχᾶς, ἔθιγες δὲ φρενῶν. Suppl. 1162 ἔκλαυσα τόδε κλύων ἔπος στυγνότατον· ἔθιγέ μου φρενῶν. Troad. 1216 ἒ ἒ φρενῶν ἔθιγες. Med. 55 ξυμφορὰ τὰ δεσποτῶν καὶ φρενῶν ἀνθάπτεται. Rhes. 916 ἦ πολλὰ μὲν ζῶν πολλὰ δ' εἰς Ἅιδου μολών, Φιλάμμονος παῖ, τῆς ἐμῆς ἥψω φρενός.

AESCH. Prom. 628 σὰς δ' ὀκνῶ θράξαι φρένας.

AESCH. Choe. 746 ὥς μοι .... ἄλγη .... τυχόντ' ἐμὴν ἤλγυνεν ἐν στέρνοις φρένα. EUR. I. A. 1434 ἔχω τάλαινα πρόφασιν ὥστ' ἀλγεῖν φρένα. Or. 608 οὕτω δ' ἀμείβῃ μ' ὥστε μ' ἀλγῆσαι φρένα. Hipp. 775 ἀπαλλάσσουσά τ' ἀλγεινὸν φρενῶν ἔρωτα. I. A. 1580 ἐμοὶ δέ τ' ἄλγος οὐ μικρὸν εἰσῄει φρενί. SOPH. Ant. 319 ὁ δρῶν σ' ἀνιᾷ τὰς φρένας, τὰ δ' ὦτ' ἐγώ. EUR. Or. 545 ὅπου γε μέλλω σήν τι λυπήσειν φρένα. sic Musgrave; codd.: ὅπου σε μ. σήν τε λ. φρ. Sed raro invenitur τε altero τε non adiuncto. σὴν φρένα post σε supervacaneum est. Contra γε post relativa saepe legitur, quo sententiae artius inter se coniun-

guntur, τι acc. verb. est. Quamquam pugnat cum auctoritate codd., tamen in hac re coniecturam Musgravii accipio. Hipp. 188 τῷ (sc. θεραπεύειν) δὲ συνάπτει λ ύ π η τε φρενῶν χερσίν τε πόνος. ei (servituti) coniunctus est animi dolor, manuum labor. συνάπτειν τινί (intr.) tangere aliquid, coniunctum esse alicui, inhaerere, cf. Her. II 75 τὸ δὲ πεδίον τοῦτο συνάπτει τῷ Αἰγυπτίῳ πεδίῳ.

AESCH. Ag. 1143 φεῦ τ α λ α ί ν α ι ς φρεσὶν Ἴτυν στένουσα. EUR. El. 334 αἵ χεῖρες ἡ γλῶσσ' ἡ τ α λ α ί π ω ρ ό ς τε φρήν. Herc. 482 ἐμοὶ δὲ δ ά κ ρ υ α λουτρὰ δυστήνῳ (ex em. Fixii, codd. δύστηνος) φρενῶν: mihi miserae lacrimae animi sunt lavatio. Significatur lavatio sollemnis, quae ante nuptias non solum sponsae sed etiam sponso et ei quidem a matre parabatur. cf. Phoen. 348. Bothe, quem secutus est Wilamowitzius, φρενῶν mutavit in φέρειν. Sane elegans coniectura, praesertim post ἔχειν ex versu antecedenti, sed tamen φρενῶν cum codd. servandum mihi videtur. Nam ut φρήν misera vocari potest et dolere dicitur ita etiam lacrimare dici posse puto. Nomen δάκρυα ergo coniungendum est cum genitivo φρενῶν, cf. AESCH. Suppl. 72 ἀπειρό-δ α κ ρ ύ ν τε καρδίαν.

Contra, quae vult Murray, ἐμοὶ δὲ δάκρυα λουτρά—δύστηνος φρενῶν, ea interpretari non possum; nominativum δύστηνος pro vocativo legi notum est, etiam cum verbis et adiectivis dolorem indicantibus genitivum coniungi posse; hic autem is genitivus, qui vocatur causae, legendus non est; quid significet δύστηνος, propter φρένας (nomen hic mores n o n indicat) nescio.

Tantopere aliquis dolore premi potest, ut insanire animus eius dicatur: SOPH. Trach. 982 ἐπί μοι μελέῳ βάρος ἄπλετον· ἐ μ μ έ μ ο ν ε ν φρήν.

AESCH. S. c. Th. 966 μ α ί ν ε τ α ι γ ό ο ι σ ι φρήν.

Sequuntur loci, ubi φρένες(φρήν) dolere, maerere negantur. AESCH. Ag. 896 νῦν ταῦτα πάντα τλᾶσ' ἀ π ε ν θ ή τ ῳ φρενί: animo, qui dolore non movetur; quo versu magis mores quam temporarius status animi indicatur. Res eadem est apud SOPH. frgm. 866 N ὅστις γὰρ ἐν κακοῖσιν ἱμείρει βίου, ἢ δειλός ἐστιν ἢ δ υ σ α λ γ η τ ὸ ς φρένας.

Φρένες cura et doloribus levari dicuntur: EUR. frgm. 573 N ἀ λ γ η δ ό ν α ς δὲ ταῦτα κουφίζει φρενῶν. Hyps. 3. 3. H ἃ σῶν [ὁ] δ υ ρ μ ῶ ν ἐκγαλη[νιεῖ φ]ρένας, ubi imaginis maris turbidi, quod placatur, in mentem venit nobis.

b. m e t u m.

AESCH. Pers. 115 ταῦτά μοι μ ε λ α γ χ ί τ ω ν φρὴν ἀ μ ύ σ σ ε τ α ι φ ό β ῳ, de quo vide infra s. v. θυμός p. 151. Prom. 181 ἐμὰς δὲ φρένας ἐ ρ έ θ ι σ ε δ ι ά τ ο ρ ο ς φ ό β ο ς, praecordia tam vehementer perturbantur ut perforentur. Aeschylus hic imagine vividissima utitur, praecordia sunt membrana, timor terebrum est.

EUR. Hec. 85 οὔποτ' ἐμὰ φρὴν ὧδ' ἀλίαστος φ ρ ί σ σ ε ι, τ ά ρ β ε ι· ἀλίαστον vocatur quod non flectitur, quod perpetuum est, cui finis non imponitur. Adverbium autem inde ab Homero ,,vehementissime" significat, qua notione postea adiectivum quoque adhibitum est. Talia adiectiva patrio nostro sermone saepe per adverbia redduntur. 'Αλίαστος igitur ad verbum φρίσσειν, non ad praecordia pertinet, et versus sic vertendus est: numquam praecordia mea ita vehementissime horrebant reformidabantque. Tempus praeteritum indicatur adverbio οὔποτε (cf. πάλαι) Imago maris turbidi poetae ante oculos versata esse videtur, sed cum φρήν verbo ταρβεῖν coniungitur, notio corporalis iam evanescit.

Phoen. 1285 αἰαῖ, αἰαῖ, τ ρ ο μ ε ρ ὰ ν φ ρ ί κ ᾳ τ ρ ο μ ε ρ ὰ ν φρέν' ἔχω.

EUR. Rhes. 863 δέδοικα δ' αὐτὸν καί τί μου θράσσει φρένας. ut mare procellis perturbatur. SOPH. O. R. 153 ἐκτέταμαι φοβερὰν φρένα δείματι πάλλων, cf. θυμὸν πάλλεσθαι Aesch. Suppl. 566; κέαρ πέπαλται Choe. 410; praeterea Choe. 167.1024. Prom. 881. Eur. Bacch. 1288. ἐκτέταμαι de eo, cuius animus exspectatione erectus est, ceterum graece non legitur, cf. „in gespannen verwachting".

AESCH. Pers. 703 ἀλλ' ἐπεὶ δέος παλαιόν σοι φρενῶν ἀνθίσταται: sed quoniam metus vetus praecordiis tuis opponitur (ut hostes hostibus in pugna).

AESCH. Pers. 606 τοία κακῶν ἔκπληξις ἐκφοβεῖ φρένας. EUR. Heracl. 357 μεγαληγορίαισι δ'ἐμὰς φρένας οὐ φοβήσεις. Hipp. 574 τίς φοβεῖ σε φῆμα, γύναι, φρένας; AESCH. Suppl. 379 φόβος μ' ἔχει φρένας. 513 οὔτοι τι θαῦμα δυσφορεῖν φόβῳ φρενός: non mirum quidem est nobis male esse metu animi. Choro haec dicenti Pelasgus respondet metum hominibus nihil prodesse, nam cum metu eos nihil procedere. Cui chorus 515 σύ inquit, καὶ λέγων εὔφραινε καὶ πράσσων φρένα: dicendo et legendo fac, ut φρήν tua bona condicione sit; εὐφραίνειν opponitur τῷ δυσφορεῖν.

c. misericordiam.

SOPH. Ai. 525 Αἴας, ἔχειν σ'ἂν οἶκτον ὡς κἀγὼ φρενὶ θέλοιμ' ἄν.

d. desiderium.

SOPH. Trach. 103 ποθουμένᾳ γὰρ φρενὶ πυνθάνομαι, ubi ἡ φρὴν ποθεῖν dicitur.

e. iram.

EUR. Alc. 674 ὦ παῖ, πατρὸς δὲ μὴ παροξύνῃς φρένας·

Hipp. 689 οὗτος γὰρ ὀργῇ συντεθηγμένος φρένας. cf. Or. 1625. Aesch. S. c. Th. 715. Suppl. 186; lat. acuere iram, cum quibus omnibus conferenda sunt, quae dicentur infra s. v. ὀξύθυμος pag. 169 sq.

EUR. Hec. 300 μηδὲ τῷ θυμουμένῳ τὸν εὖ λέγοντα δυσμενῆ ποιοῦ φρενός· Suppl. 581 οὔτοι μ᾽ ἐπαρεῖς ὥστε θυμῶσαι φρένας τοῖς σοῖσι κόμποις· In praecordiis τὸν θυμόν habitare iam dictum est; itaque ὁ θυμός pro parte τῆς φρενὸς usurpari potest et partem significari apparet ex verborum iunctione „τῷ θυμουμένῳ φρενός," tum iam nude scribitur θυμῶσαι φρένας.

EUR. Med. 1265 δειλαία, τί σοι φρενῶν βαρὺς χόλος προσπίτνει καὶ δυσμενὴς φόνος;

f. amorem, amicitiam.

EUR. Hipp. 766 ἀνθ᾽ ὧν οὐχ ὁσίων ἐρώτων δεινᾷ φρένας Ἀφροδίτας νόσῳ κατεκλάσθη. In Od. ter legimus ἐμοί γε κατεκλάσθη φίλον ἦτορ (δ 481, 538. κ 496), ter τοῖσιν δὲ κ. φ. ἦ (κ 198, 566. μ 277), semel ἡμῖν δ᾽αὖτε κ. φ. ἦ. (ι 256) dolore et metu. Eust. ita dici ἐκ μεταφορᾶς τῶν κλωμένων ξύλων (1654.45) contendit. Homerus cor tantum frangi dicit; Euripides autem, qui notiones vocabulorum καρδίας φρενός etc. conturbavit, etiam praecordia. Cf. „het hart breekt", ratio dicendi inde a medio aevo usitata.

Latine occurrunt rationes dicendi velut animo fracto, animo infracto, animi infractio, animum frangere, (cf. Thes. L. L. s. v. animus).

Hipp. 969 ὅταν ταράξῃ Κύπρις ἡβῶσαν φρένα. Ἡ φρὴν ἡβῶσα dicitur, quod una cum homine nata cum eo aetate procedit; frgm. 400 N ὦ θνητὰ πράγματ᾽, ὦ γυναικεῖαι φρένες· ὅσον νόσημα τὴν Κύπριν κεκτήμεθα.

AESCH. Ag. 1491. 1515 φρενὸς ἐκ φιλίας τί ποτ' εἴπω; quamquam hic significatur animus, quo quis in aliquem est, versum tamen hic insero, propter adiectivum φιλίας EUR. Hipp. 1268 σὺ τὰν θεῶν ἄκαμπτον φρένα καὶ βρότων ἄγεις Κύπρι; cf. Prom. 163 θέμενος ἄγναμπτον νόον, Hom. Ω 41 γναμπτὸν νόημα· Eur. Hec. 85 φρὴν ἀλίαστος, de quo v. supra. Et hic indoles, mores significantur, ut apparet ex adiectivo ἄκαμπτος. Sed Venus potentior dicitur. ἄκαμπτον est, quod flecti non potest; de ramis, qui, cum flectuntur, moventur ex animo eius, qui eos (ramos) flecti vult, vox ad animum transfertur.

Hipp. 256 εὔλυτρα δ' εἶναι στέργηθρα φρενῶν, carmina, pocula amoris, quibus ἡ φρὴν capta sit, facile solvi posse vult Hippolytus; στέργηθρα idem valent quod φίλτρα, θελκτήρια, quae vox inde ab Homeri temporibus usitata est: θέλγει ἦτορ (ρ 514) νόον (Μ 255) θυμόν (Ο 322) ἔρῳ θυμόν (σ 212), numquam autem ibi nomini φρεσὶ (φρενί) coniuncta. Semel tantum ab Homero ἔρως φρένας movere dicitur, Γ 441 μ' ὧδε ἔρως φρένας ἀμφεκάλυψεν. Sed non mirum Euripidem eodem modo vocabulo φρένες (φρήν) usum esse. Itaque animus ut captivus amatoriis vinctus solvi posse dicitur. Quam imaginem Homerus quoque usurpavit Ψ 62 μελεδήματα θυμοῦ ὕπνος λύει. υ 56 εὖτε τὸν ὕπνος ἔμαρπτε λύων μελεδήματα θυμοῦ. Itidem Euripides Troad. 52 αἱ γὰρ συγγενεῖς ὁμιλίαι, ἄνασσ' Ἀθάνα, φίλτρον οὐ σμικρὸν φρενῶν, discedente iam imagine captivi. frgm. 652 N ὦ παῖδες, οἷον φίλτρον ἀνθρώποις φρενός.

g. gaudium, laetitiam.

AESCH. Choe. 233 ἔνδον γενοῦ, χαρᾷ δὲ μὴ 'κπλαγῇς φρένας: animus gaudio ex homine excuti fingitur.

Eum. 301 τὸ χαίρειν μὴ μαθόνθ' ὅπου φρενῶν, cf.

SOPH. frgm. 824 N χῶρος γάρ αὐτός ἐστιν ἀνθρώπου φρενῶν ὅπου τὸ τέρπνον καὶ τὸ πημαῖνον φύει. EUR. Troad. 635 ἄκουσον ὥς σοι τέρψιν ἐμβαλῶ φρενί. El. 1059 οὐκ ἔστι· τῇ σῇ δ' ἡδὺ προσθήσω φρενί, quibus versibus φρήν aut membrana, aut vas quoddam esse fingitur.

AESCH. Choe. 772 ἀλλ' αὐτὸν ἐλθεῖν.... ἄνωχθ' ὅσον τάχιστα γηθούσῃ φρενί, animus humana specie inducitur. Suppl. 515 σὺ καὶ λέγων εὔφραινε καὶ πράσσων φρένα. EUR. Heracl. 663 ἐμὴν τέρψαι φρένα, 939 τέρψαι θέλοντες σὴν φρέν'. Or. 1176 ἡδύ.... πτηνοῖσι μύθοις ἀδαπάνως τέρψαι φρένα. SOPH. Ichn. 348 H [ὅπως θέλεις κά]γχαζε καὶ τέρπου φρένα. EUR. I. A. 359 ἡσθεὶς φρένας. Io 1180 ὡς θᾶσσον ἔλθωσ' οἵδ' ἐς ἡδονὰς φρενῶν.

AESCH. Choe. 565 καὶ δὴ θυρωρῶν οὔτις ἂν φαιδρᾷ φρενὶ δέξαιτ', adiectivum φαιδρός imprimis de oculis et de vultu usurpatur (cf O. C. 319); φαιδρός enim saepe vultus est eius, qui aliqua re gaudeat; deinde ἡ φρὴν φαιδρά dicta est atque ita in voce φρήν omnis notio, qua praecordia significantur, periit.

Ἡ φρήν gaudium suum significare negatur:

AESCH. frgm. 290 N φρὴν ἀγέλαστος, ex quibus duobus vocabulis non apparet, utrum mores an sedes affectuum indicetur.

h. spem.

SOPH. El. 809 ἀποσπάσας γὰρ τῆς ἐμῆς οἴχῃ φρενός, αἵ μοι μόναι παρῆσαν ἐλπίδων ἔτι, spes, quae animo inhaeret, evellitur. EUR. Herc. 745 πάλιν ἔμολεν — ἃ πάρος οὔποτε διὰ φρενὸς ἤλπισ' ἂν παθεῖν — γᾶς ἄναξ: rediit rex (Hercules), quod antea numquam speravi fore ut mihi contingeret. Sic enim versus interpretandi sunt, si legimus quae exhibet Murray ex coniecturis aliorum.

i. **universam perturbationem.**

Commotionibus vehementioribus animus ita perturbatur ut incendi, ardere dicatur. Ut enim cum lignum ligno teritur scintilla elicitur, sic animum variis perturbationibus commotum ζωπυρεῖσθαι ferunt. Contra verbum θερμαίνειν non solum in malam partem adhibetur, sed etiam de animi affectibus homini placentibus.

AESCH. Ag. 1034 ζωπυρουμένας φρενός. Choe. 1004 πολλοὺς ἀναιρῶν πολλὰ θερμαίνοι φρένα.

SOPH. O. R. 727 ψυχῆς πλάνημα κἀνακίνησις φρενῶν. Poetae ante oculos versatum est mare procellis turbidum et turgidum. Sic membrana illa τῶν φρενῶν vehementer commovetur. Ψυχῆς πλάνημα dicit poeta, ut indicet mentem, cogitationes Oedipodis per praeterita vagari. Proprio sensu αἱ φρένες locum suum mutare non possunt; sed potest ἡ ψυχή cf. infra s. v. ψυχή pag. 211.

Ant. 1095 Tiresia profecto Chorus Creontem admonet de veritate Tiresiae vaticinii. Creon respondet: ἔγνωκα καὐτὸς καὶ ταράσσομαι φρένας.

EUR. Io 1538 ἐμοῦ ταράσσει, μῆτερ, εἰκότως φρένα: (utrum deus vera vaticinetur necne) eum animum meum perturbare satis apparet.

AESCH. Choe. 1056 Orestes abire vult, quod Furias appropinquantes videt. Chorus eum consolatur; sanguis, inquit, recens ab eo fusus adhuc manibus eius adhaeret ἐκ τῶνδέ τοι ταραγμὸς ἐς φρένας πίτνει, imagine praesentiore quam ταράσσειν.

EUR. Herc. 1091 ἐν κλύδωνι καὶ φρενῶν ταράγματι, ubi κλύδωνι quoque ad φρενῶν pertinet (cf. Aesch. Prom. 1015 κακῶν τρικυμία) et poetam mare cogitare verisimile est. 836 φρενῶν ταραγμοὺς..... ἔλαυνε. Iris Lyssam admonet, ut Herculi amentiam immittat atque tantam perturbationem animi, qua liberos suos interficiat. Ex

eo, quod Lyssa eum perturbatione afficit, amens fit. AESCH. Prom. 856 filii Pelasgi ἐπτοημένοι φρένας dicuntur. EUR. Alc. 346 οὔδ' ἂν φρέν' ἐξαίροιμι πρὸς Λίβυν λακεῖν αὐλόν. SOPH. frgm. 762 N σῶν τε μαργότης φρενῶν. -Μαργότης est earum, quae pravo amore graviter perturbantur. EUR. Troad. 992 ὃν εἰσιδοῦσα ἐξεμαργώθης φρένας. Verbum etiam de equis furentibus adhibetur: Hipp. 1230 εἰ δ' ἐς πέτρας φέροιντο μαργῶσαι φρένας.

Animus perturbatus placatur verbis: EUR. Med. 142 ἁ ...τάκει βιοτὰν δέσποινα φίλων οὐδενὸς οὐδὲν παραθαλπομένα φρένα μύθοις. Verbo παραθάλπεσθαι indicatur, quid homines sentiant admoniti oratione solacii plena amicorum.

Paucis verbis comprehendentibus quae dicta sunt sub II de voce φρένες (φρήν) apparet notionem rei corporalis imprimis eminere cum vocabulum verbis dolendi, timendi, amandi, minus cum verbis irascendi et laetandi coniungitur atque τὰς φρένας (τὴν φρένα) modo membranam esse fingi, quae ut mare perturbetur et placetur, ut liquor contrahatur, modo vas quod impleatur, in quo aliae res positae sint, quae ex eo eximi possint, modo corpus solidum, quod flecti nequeat, frangatur, alio corpore teratur, tum captivum qui vinculis solvatur. Cum indicatur eam gaudere, verbis, quae dicuntur abstractis, iungitur. Apud Aeschylum ἡ φρήν afficitur dolore metu gaudio amore (sed non in feminam), apud Sophoclem dolore, metu gaudio desiderio misericordia spe, apud Euripidem dolore metu amore gaudio ira spe. Apud omnes

perturbationibus graviter commovetur. In fabulis Aeschyleis αἱ φρένες (ἡ φρήν) vicies septies sedes affectuum sunt, in Sophocleis duodecies, in Euripideis quinquagies quinquies. Singularis numerus apud Aeschylum sexies decies, apud Sophoclem sexies, apud Euripidem vicies quater legitur, pluralis apud Aeschylum undecies, apud Sophoclem sexies, apud Euripidem semel et tricies. In fabulis superstitibus apud Aeschylum vicies sexies, apud Sophoclem octies, apud Euripidem quadragies octies occurrit

III Non solum temporarium statum animi, sed etiam condicionem, *mores* nomen φρένες (φρήν) indicat. Qua notione plerumque cum adiectivo coniunctum est. Huius significationis iam ex iis, quae praecedunt, exempla afferri possunt Ag. 896. Hipp. 1268. Soph. frgm. 866 N. Aesch. frgm. 290 N.

Adiectivis, quae vocabulo φρεσὶν (φρενί) adduntur, inest vituperatio aut laus.

Cum vituperatione haec dicta sunt:

EUR. frgm. 1054 N ὥσ ἄπιστόν ἐστ' ἔρως κἂν τῷ κακίστῳ τῶν φρενῶν οἰκεῖν φιλεῖ. Hel. 732 τὰς φρένας τ' ἔχειν κακάς, ἄλλων τ' ἀκούειν δοῦλον ὄντα τῶν πέλας. SOPH. O. C. 371 νῦν δ' ἐκ θεῶν του κἀλιτηρίου φρενός. Ant. 792 σὺ καὶ δικαίων ἀδίκους φρένας παρασπᾷς ἐπὶ λώβᾳ: tu efficis, ut φρένες iustorum iniustae fiant atque etc. EUR. Med. 266 οὐκ ἔστιν ἄλλη φρὴν μιαιφονωτέρα. 1373 ἴσασι δῆτα σήν γ' ἀπόπτυστον φρένα. SOPH. Phil. 1112 μοι.... κρυπτά τ' ἔπη δολερᾶς ὑπέδυ φρενός: occulta verba animi dolosi se insinuaverunt in me. Non solum ἔπος sed etiam λόγος Sophocles cum nomine φρήν coniungit. Ai. 482. AESCH. Suppl. 751 οὐλόφρονες δὲ καὶ δολιομήτιδες δυσάγνοις φρεσίν· EUR. I. A. 327 ποῦ δὲ κἄλαβές νιν; ὦ θεοὶ, σῆς ἀναισχύντου

φρενός· Med. 104 στυγεράν τε φύσιν φρενὸς αὐθάδους. AESCH. Choe. 596 καὶ γυναικῶν φρεσὶν τλημόνων παντόλμους ἔρωτας· 305 θήλεια γὰρ φρήν Aegisthi, qui γυνή vocatur. Contra nulla vituperatio in voce θῆλυς inest Eur. Andr. v. 181, ubi reprehensio ad adiectivum ἐπίφθονον pertinet, θῆλυς vox media est. — EUR. Med. 38 βαρεῖα γὰρ φρήν, οὐδ' ἀνέξεται κακῶς πάσχουσα. βαρεῖα non „onusta" sed aliis gravis, quae graviter ferri potest, „molesta".

Laus inest in his versibus:

EUR. Hipp. 1298 ἀλλ' ἐς τόδ' ἦλθον, παιδὸς ἐκδεῖξαι φρένα τοῦ σοῦ δικαίαν. 1419 σῆς εὐσεβείας κἀγαθῆς φρενὸς χάριν· 1454 οἴμοι φρενὸς σῆς εὐσεβοῦς τε κἀγαθῆς· El. 1061 εἴθ' εἶχες, ὦ τεκοῦσα, βελτίους φρένας. SOPH. Trach. 736 ἢ λῴους φρένας τῶν νῦν παρουσῶν τῶνδ' ἀμείψασθαί ποθεν. Ant. 298 (τοῦτο) παραλλάσσει φρένας χρηστάς. EUR. frgm. 212 N τί δεῖ καλῆς γυναικός, εἰ μὴ τὰς φρένας χρηστὰς ἔχοι; frgm. 548 N τί τῆς εὐμορφίας ὄφελος, ὅταν τις μὴ φρένας καλὰς ἔχῃ; adiectivum, quod de forma, specie usurpatur φρεσίν additum, ut congruatur cum substantivo εὐμορφία, ἡ καλὴ μορφή. frgm. 362.6 N πρῶτον φρένας μὲν ἠπίους ἔχειν χρεών, fieri potest ut hic animus, quo quis in aliquem sit, indicetur.

AESCH. Pers. 374 οἱ δ' οὐκ ἀκόσμως ἀλλὰ πειθάρχῳ φρενί, δεῖπνόν τ' ἐπορσύνοντο. EUR. frgm. 831 N πολλοῖσι δούλοις τοὔνομ' αἰσχρόν, ἡ δὲ φρὴν τῶν οὐχὶ δούλων ἔστ' ἐλευθερωτέρα. AESCH. Pers. 372 τοσαῦτ' ἔλεξε κάρθ' ὑπ' εὐθύμου φρενός, quia ὁ θυμὸς ἐν φρεσίν sedem habet, αἱ φρένες (ἡ φρήν) εὔθυμοι (εὔθυμος) dici possunt. Choe. 303 τὸ μὴ πολίτας εὐκλεεστάτους βροτῶν, Τροίας ἀναστατῆρας εὐδόξῳ φρενί, δυοῖν γυναικοῖν (Clytaemestrae et Aegisthi) ὧδ' ὑπηκόους πέλειν. εὐδ. φρ. pertinet ad ἀναστατῆρας Τροίας, quod idem significat ac ἀναστήσαντας Τροίαν. Ag. 1303 ἀλλ' ἴσθι

τλήμων οὖσ' ἀπ' εὐτόλμου φρενός. EUR. Or. 1204 ὦ τὰς φρένας μὲν ἄρσενας κεκτημένη, τὸ σῶμα δ' ἐν γυναιξὶ θηλείαις πρέπον, ubi ἄρσενας mihi videtur opponi adiectivo θηλείαις mollibus, itaque fortes firmos audaces significare.

Eandem notionem adiectivum περισκελής habet SOPH. Ai. 649 χὠ δεινὸς ὅρκος χαὶ περισκελεῖς φρένες· κἀγὼ γάρ ... βαφῇ σίδηρος ὥς, ἐθηλύνθην στόμα. Περισκελής adiectivum est ferro attributum, quod candens aqua tinguitur, chalybs fit cf. Ant. 475 σίδηρον ὀπτὸν ἐκ πυρὸς περισκελῆ. Translate animus, qui flecti nequit, dicitur durus, ferreus cf. σιδηρέη κραδίη (δ 293) σιδήρειος θυμός (X 357 ψ 172) σιδήρειον ἦτορ (Ω 205. 521). Apud Homerum in malam partem adiectivum usurpatur. Quamquam σιδ. κρ. et σιδ. θυμ. ἐν φρεσίν habitare dicuntur, ipsa φρήν neque ab Homero neque a poetis tragicis σιδηρέα vocatur. Σιδηρόφρων autem legitur S. c. Th. 52 Phoen. 672. Verbum θηλύνειν, in quo inest sensus adiectivo περισκελής contrarius, vertendum est per mollire, itaque θῆλυς mollis est. Cf. Anth. V 251. 5.

Praepositio vel verbum cum praepositione compositum nomini coniungitur: AESCH. Choe. 704 πρὸς δυσσεβείας δ' ἦν ἐμοὶ τόδ' ἐν φρεσίν. EUR. Suppl. 217 ἀλλ' ἡ φρόνησις τοῦ θεοῦ μεῖζον σθένειν ζητεῖ, τὸ γαῦρον δ' ἐν φρεσὶν κεκτημένοι, δοκοῦμεν εἶναι δαιμόνων σοφώτεροι: Andr. 365 καί σοι τὸ σῶφρον ἐξετόξευσεν φρενός. frgm. 436 N ὦ πότνια αἰδώς ..συνοῦσα τἀναίσχυντον ἐξῃροῦ φρενῶν. SOPH. O. C. 1488 τί δ' ἂν θέλοις τὸ πιστὸν ἐμφῦναι φρενί; 1640 ὦ παῖδε τλάσας χρὴ τὸ γενναῖον φρενί (dat.loc.) χωρεῖν τόπων ἐκ τῶνδε : fortiter audentes animis vestris. EUR. Rhes. 266 ἦ πολλ' ἀγρώταις σκαιὰ πρόσκειται φρενί· In omnibus exemplis allatis mores significari apparet ex substantivo aut adi. neutr. gen. pro subst. usurpato mores indicanti.

Accusativus limitationis φρένας adiectivo additur, plerumque in sexto pede versus, metri causa.

SOPH. Ai 445 νῦν δ' αὔτ' Ἀτρεῖδαι φωτὶ παντουργῷ φρένας. AESCH. S. c. Th. 671 Δίκη ξυνοῦσα φωτὶ παντόλμῳ φρένας. EUR. Hec. 359 ἔπειτ' ἴσως ἂν δεσποτῶν ὠμῶν φρένας (cf. ὠμόφρων) τύχοιμ' ἄν. Hel. 501 ἀνὴρ γὰρ οὐδεὶς ὧδε βάρβαρος φρένας. SOPH. frgm. 616 N οὐ γὰρ δίκαιον ἄνδρα γενναῖον φρένας τέρπειν, ὅπου γε μὴ δίκαια τέρψεται.

Genitivus pluralis φρενῶν coniungitur cum nominativo adiectivorum neutrius generis pro substantivis usurpatorum. Apud Euripidem tantum exstat. EUR. Or. 297 σύ μου τὸ δεινὸν καὶ διαφθαρὲν φρενῶν ἴσχναινε παραμυθοῦ τε. Phoen. 1740 φεῦ τὸ χρήσιμον φρενῶν ἐς πατρός γε συμφορὰς εὐκλεᾶ με θήσει· frgm. 58 N θανοῦμαι διὰ τὸ χρήσιμον φρενῶν. Hipp. 1390 τὸ θ' εὐγενές σε τῶν φρενῶν ἀπώλεσεν.

Genitivus singularis φρενός cum substantivo coniunctus videtur in versibus aperte corruptis: EUR. Med. 856 πόθεν θράσος ἢ φρενὸς ἢ χειρὶ τέκνων σέθεν καρδίᾳ τε λήψῃ δεινὰν προσάγουσα τόλμαν;

Quod ad rem metricam attinet hi versus conveniunt cum v. 846 sqq. Videntur dativi χειρί et καρδίᾳ inter se opponi, genitivus τέκνων pendere a verbo λήψῃ, alterum illud ἢ mutandum esse in ᾗ, vitium inesse in vocabulo ἢ aut in ἢ φρενός.

Genitivus φρενός cum substantivo coniunctus legitur ita, ut nullo adiectivo aliquid boni aut mali indicanti addito tamen intellegatur mores significari. AESCH. Ag. 983 θάρσος εὐπιθὲς ἵζει φρενὸς φίλον θρόνον: fiduciam fortem collocat in solio animi; imagine audaciore poeta fingit solium in animo hominis inesse, in quo virtutes sedeant.

Genitivus pluralis φρενῶν cum substantivo coniunctus

invenitur. AESCH. Eum. 536 ἐκ δ' ὑγιείας φρενῶν ὁ πᾶσιν φίλος καὶ πολύευκτος ὄλβος, quo versu ὑγιείας φρενῶν opponitur δυσσεβίᾳ ex v. 534. Prom. 907 ἦ μὴν ἔτι Ζεὺς καίπερ αὐθάδης φρενῶν (codd. recc. αὐθάδη φρονῶν et ita Wilamowitzius). Kühner Gerth Ausf. Gr. der Gr. Spr. II[I] pag. 371 A 19 confert: Aesch. Ag. 1156 γάμοι Πάριδος ὀλέθριοι φίλων, ubi ὀλέθριοι causa perniciei amicorum, amicos perdentes. Eur. Andr. 1194 τοξοσύνᾳ φονίῳ πατρός, ubi φόνιος causa caedis patris, patrem interficiens. Soph. O. C. 150 φυτάλμιος causa originis, creator. Cetera adiectiva, quae afferuntur, ad verba transitiva pertinent et saepissime locum substantivorum obtinent. Id autem de adiectivo αὐθάδης dici non potest. A verbo composito derivatum non est; neque ἀνδάνειν, cum cuius radice cohaeret vim transitivam habet. Itaque mihi videtur cum codd. recc. αὐθάδη φρονῶν legendum esse, quod magis cum tradita lectione convenit quam si φρενῶν mutaveris in φρένας (cf. Eur. Med. 104). SOPH. Ai. 46 ποίαισι τόλμαις ταῖσδε καὶ φρενῶν θράσει;

Absolute:

AESCH. Eum. 517 ἔσθ' ὅπου τὸ δεινὸν εὖ καὶ φρενῶν ἐπίσκοπον δεῖ μένειν καθήμενον. SOPH. Ant. 623 τὸ κακὸν δοκεῖν ποτ' ἐσθλὸν τῷδ' ἔμμεν ὅτῳ φρένας θεὸς ἄγει πρὸς ἄταν.

EUR. Alc. 327 δράσει τάδ' εἴπερ μὴ φρενῶν ἁμαρτάνει (= εἰ σώφρων ἐστίν. φρένες mores boni). Andr. 361 τῆς δὲ σῆς φρενός — ἕν σου δέδοικα: quod ad mores tuos attinet — hoc unum timeo. El. 387 αἱ δὲ σάρκες αἱ κεναὶ φρενῶν (ἄνευ σωφροσύνης) ἀγάλματ' ἀγορᾶς εἰσιν. Hel. 160 Ἑλένῃ δ' ὅμοιον σῶμ' ἔχουσ' οὐ τὰς φρένας. Hipp. 390 ὥστε τοὔμπαλιν πεσεῖν φρενῶν (mores boni, mens sana). 1014 Cur, Hippolytus rogat, rex esse velim? ἀλλ' ὡς τυραννεῖν ἡδύ; τοῖσι σώφροσιν ἥκιστά γ' εἰ μὴ τὰς φρένας διέφθορεν.. frgm. 551 N φθόνος δ' ὁ πολλῶν φρένα διαφθείρων βροτῶν. frgm. 644 N ὅταν κακός

τις ἐν πόλει πράσσῃ καλῶς, νοσεῖν τίθησι τὰς ἀμεινόνων φρένας.
In fabulis Aeschyleis nomine φρένες (φρήν) ter decies (duodecies) mores significantur, in Sophocleis duodecies, in Euripideis tricies sexies (tricies quinquies). Singularis numerus apud Aeschylum sexies, apud Sophoclem quater, apud Euripidem quinquies decies (quater decies) legitur, pluralis apud Aeschylum septies (sexies), apud Sophoclem octies, apud Euripidem vicies semel occurrit.

IV *Animus, sensus, animi affectus* indicatur.

Additur vocabulum, quo significatur, quo quis in aliquem animo sit.

AESCH. Suppl. 940 ταύτας δ' ἑκούσας μὲν κατ' εὔνοιαν φρενῶν ἄγοις ἄν. SOPH. Phil. 1281 οὐ γάρ ποτ' εὔνουν τὴν ἐμὴν κτήσῃ φρένα. EUR. Troad. 6 οὔποτ' ἐκ φρενῶν εὔνοι' ἀπέστη τῶν ἐμῶν Φρυγῶν πόλει. Hec. 746 ἆρ' ἐκλογίζομαί γε πρὸς τὸ δυσμενὲς μᾶλλον φρένας τοῦδ' ὄντος οὐχὶ δυσμενοῦς; Quia ἐν φρεσίν posita sunt νοῦς et μένος, ipsa φρὴν εὔνους et δυσμενής vocari potest.

Cum praepositionibus ἐξ et ἀπό coniuncta nomen ita usurpatur, ut notio rei corporeae appareat. Cuius usus praeter versum Eur. Troad. 6 supra allatum haec exempla afferenda sunt:

SOPH. O. R. 528 ἐξ ὀμμάτων ὀρθῶν δὲ κἀξ ὀρθῆς φρενὸς κατηγορεῖτο τοὐπίκλημα τοῦτό μου; Creon nondum credere potest Oedipum talia de se dixisse, qualia sibi nuntiata sint. Chorum id non negantem deinde interrogat, quibus oculis et quo animo ea dixerit Oedipus, utrum rectis necne, i. e. oculos non flectens atque ex animo sententia. Animus significatur, non mens, ut vult Bellermannus. Comparandus est versus AESCH. S. c. Th. 873 κλαίω στένομαι

καὶ δόλος οὐδεὶς μὴ 'κ φρενὸς ὀρθῶς με λιγαίνειν: fleo, lamentor, neque dolus timendus est, ne non ex animi sententia lamenter. S. c. Th. 920 ἐτύμως δακρυχέων ἐκ φρενός, ἃ κλαιομένας μου μινύθει. Choe. 107 λέξω, κελεύεις γάρ, τὸν ἐκ φρενὸς λόγον. EUR. frgm. 659. 5 N ἄλλῳ δ'ἀρέσκει μηδὲν ὑγιὲς ἐκ φρενῶν λέγοντι πείθειν τοὺς πέλας τόλμῃ κακῇ. AESCH. Ag. 805 νῦν δ'οὐκ ἀπ' ἄκρας φρενὸς οὐδ' ἀφίλως εὔφρων πόνος εὖ τελέσασιν: labor benevolus iis est, qui ex animi sententia atque cum amore (laborem) bene perfecerunt. Ἄκρος summum, superficiem significat. Potest etiam extremum, imum indicare, de quo conferenda sunt ea, quae dicentur infra sub nomine καρδία, hic autem ἄκρος summus est. Φρὴν ἄκρα praecordia summa, φρὴν οὐκ ἄκρα praecordia ima, οὐκ ἀπ' ἄκρας φρενός ex imo pectore, penitus ex animo, ex animi sententia. SOPH. O. R. 512 τῷ ἀπ' ἐμᾶς φρενὸς οὔποτ' ὀφλήσει κακίαν: quare ab animo meo numquam improbitatis accusabitur.

Cum suffixo-θεν coniunctum nomen legitur SOPH. Ai. 182 οὔποτε γὰρ φρενόθεν γ' ἐπ' ἀριστερά..ἔβας τόσσον: numquam enim ex animi sententia (nunc ita facis a deo quodam incitatus) tantopere de recta via decessisti.

Vestigia notionis corporalis etiam supersunt in his versibus:

EUR. Med. 661 ἀχάριστος ὄλοιθ' ὅτῳ πάρεστιν μὴ φίλους τιμᾶν καθαρᾶν ἀνοίξαντα κλῆδα φρενῶν. Ad sententiam conferendum est scolium apud Athen. XV 694 C. Eust. pag. 1574.16. Troad. 662 κεἰ.... πρὸς τὸν παρόντα πόσιν ἀναπτύξω φρένα κακὴ φανοῦμαι τῷ θανόντι.

Adiectivo addito legitur vox:

AESCH. S. c. Th. 1034 τοιγὰρ θέλουσ' ἄκοντι κοινώνει κακῶν, ψυχή, θανόντι ζῶσα συγγόνῳ φρενί. Eum. 986 καὶ στυγεῖν μιᾷ φρενί. SOPH. Trach. 763 δείλαιος ἵλεῳ φρενὶ κατηύχετο. Trach. 264 πολλὰ μὲν λόγοις ἐπερρόθησε πολλὰ

δ' ἀτηρᾷ φρενί. EUR. Herc. 212 εἰ Ζεὺς δικαίας εἶχεν εἰς ἡμᾶς φρένας. SOPH. Trach. 294 πῶς δ' οὐκ ἐγὼ χαίροιμ' ἂν ἀνδρὸς εὐτυχῆ κλύουσα πρᾶξιν τήνδε πανδίκῳ φρενί; sensibus prorsus iustis. EUR. Hipp. 936 φεῦ τῆς βροτείας ποῖ προβήσεται φρενός. Animus affabilis dicitur: AESCH. Prom. 34 Διὸς γὰρ δυσπαραίτητοι φρένες. EUR. Alc. 775 δέχεσθαι δ' εὐπροσηγόρῳ φρενί. AESCH. Prom. 131 πατρῴας μόγις παρειποῦσα φρένας. Regi non potest: AESCH. Choe. 1024 φέρουσι γὰρ νικώμενον φρένες δύσαρκτοι: nam me victum rapit animus, qui regi non potest. (ut equi frenis non parentes). Animus voluntate praeditus est. AESCH. Suppl. 599 πάρεστι δ' ἔργον ὡς ἔπος σπεῦσαί τι τῶν βούλιος φέρει φρήν. Wilamowitzius σπεῦσαί τι correxit in σπεύσαντι, de qua emendatione ipse (Interpr. p. 36) dicit: *das letzte habe ich mit σπεύσαντι so evident verbessert, dass kein Wort weiter nötig ist;*" quod credo. Sed videntur mihi versus sicut in codicibus leguntur ita verti posse: factum, ut ferunt, eius est, qui properat aliquid ex iis, quorum faciendorum animus voluntatem fert. (φέρει ut terra fruges cf. Sept. 593. SOPH. O. C. 1488.) Βούλιος hic cupidus; adiectivum a verbo βούλομαι, volo, ductum est, quamquam adiectiva in-ιος terminantia vulgo a substantivis derivata sunt; cf. autem ἀσπάσιος a verbo ἀσπάζομαι formatum. Adiectivum etiam occurrit Choe. 672 εἰ δ' ἄλλο πρᾶξαι δεῖ τι βουλιώτερον ἀνδρῶν τόδ' ἐστὶν ἔργον οἷς κοινώσομεν, quibus verbis Clytaemestra hospites allocuta est, postquam dixit lavationem calidam iis paratam esse atque lectum. Si quid aliud fieri opus est, quod malitis, de hac re viros docebimus, qui id faciant, non quod maioris consilii egeat, illud virorum est, ut Wecklein aliique versus interpretantur; verum enim vero talia dicere Clytaemestrae, mulieris superbissimae non est, neque hospitum talia cogitare.

Substantivo addito praeter Eur. Med. 661 legitur: AESCH. Ag. 1308 τί τοῦτ' ἔφευξας εἴ τι μὴ φρενῶν σ τ ύ γ ο ς; Suppl. 989 τοιῶνδε τυγχάνοντος εὐπρυμνῆ φρενὸς χάριν σέβεσθε τιμιωτέραν ἐμοῦ. Danaus filias admonet: „quoniam mihi talia contigerunt, (deos) bona gratia afficite, maiore quam ego". EUR. Med. 177 καὶ λ ῆ μ α φρενῶν μεθείη. SOPH. Trach. 575 ἔσται φρενός σοι τοῦτο κ η λ η τ ή ρ ι ο ν τῆς 'Ηρακλείας. AESCH. Ag. 219 φρενὸς πνέων δυσσεβῆ τ ρ ο π α ί α ν ἄναγνον ἀνίερον. Choe. 754 τὸ μὴ φρονοῦν γὰρ ὡσπερεὶ βοτὸν τρέφειν ἀνάγκη· πῶς γὰρ οὔ; τ ρ ό π ῳ φρενός. Versus corruptus videtur. Fortasse τρόπῳ φρενός valet: „prout animus eius convertitur, prout ei libet." Suppl. 1017 ἐμῆς δ' ὀπώρας οὕνεκ' εὖ θάρσει πάτερ. θεοῖς γὰρ εἴ τι μὴ βεβούλευται νέον, ἴ χ ν ο ς τὸ πρόσθεν οὐ δ ι α σ τ ρ έ ψ ω φρενός. Ag. 1550 τίς.... δ' αἶνον.... ἀλαθείᾳ φρενῶν πονήσει; EUR. Hipp. 926 χρῆν βρότοισι τῶν φίλων τεκμήριον σαφές τι κεῖσθαι καὶ δ ι ά γ ν ω σ ι ν φρενῶν.

Absolute usurpatum vocabulum est:

AESCH. Suppl. 915 κάρβανος ὢν Ἕλλησιν ἐγχλίεις ἄγαν καὶ πόλλ' ἁμαρτὼν οὐδὲν ὤρθωσας φρενί (loc.) SOPH. Ai. 482 οὐδεὶς ἐρεῖ ποθ' ὡς ὑπόβλητον λόγον, Αἴας, ἔλεξας, ἀλλὰ τῆς σαυτοῦ φρενός. EUR. Io 1271 ἐν συμμάχοις (inter amicos) γὰρ ἀνεμετρησάμην φρένας τὰς σὰς ὅσον μοι πῆμα δυσμενὴς τ' ἔφυς. Med. 1052 τὸ καὶ προσέσθαι μαλθακοὺς λόγους φρενί. SOPH. Phil. 1130 ἦ που ἐλεεινὸν ὁρᾷς φρένας εἴ τινας ἔχεις. El. 147 ἀλλ' ἐμέ γ' ἁ στονόεσσ' ἄραρεν φρένας. EUR. I. T. 655 ἔτι γὰρ ἀμφίλογα δίδυμα μέμονε φρήν, σὲ πάρος ἢ σ' ἀναστενάξω γόοις. I. A. 1359 ὄναιο τῶν φρενῶν.

Animum, sensum animi, affectionem significans nomen φρήν apud Aeschylum d u o d e v i c i e s, apud Sophoclem u n d e c i e s, apud Euripidem q u a t e r d e c i e s occurrit. Singularis numerus apud Aeschylum d u o d e c i e s, apud

Sophoclem n o v i e s, apud Euripidem q u i n q u i e s legitur; pluralis apud Aeschylum s e x i e s, apud Sophoclem b i s, apud Euripidem n o v i e s.

V *Locus in quo posita est facultas intellegendi et cogitandi* indicatur. Hac significatione raro vestigia notionis rei corporeae manent.

AESCH. Eum. 332 = 344. Furiarum carmen δέσμιος φρενῶν vocatur, (imago captivi) S. c. Th. 593 βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος: mens fingitur arvum esse, ex quo quis altis sulcis impressis messem facit post sementem. SOPH. Ant. 1060 ὄρσεις με τἀκίνητα διὰ φρενῶν φράσαι: incitabis me, ut dicam ea, quae immota in pectore meo posita sunt. EUR. Bacch. 203 οὐδ' εἰ δι' ἄκρων τὸ σοφὸν ηὕρηται φρενῶν, ubi τὸ σοφόν non solum per praecordia sparsum esse dicitur, sed etiam ima tangere, nam adiectivum ἄκρος hic imum significat. Si summa praecordia indicarentur poeta διὰ φρενῶν non dixisset.

AESCH. Pers. 165 ταῦτά μοι διπλῆ μέριμν' ἄφραστός ἐστιν ἐν φρεσίν· S. c. Th. 25 ἐν ὠσὶ νωμῶν καὶ φρεσίν, πυρὸς δίχα χρηστηρίους ὄρνιθας· SOPH. O. C. 310 ὦ Ζεῦ, τί λέξω; ποῖ φρενῶν ἔλθω, πάτερ; homo fingitur errans in mente sua. El. 390 ὅπως πάθῃς τί χρῆμα; ποῦ ποτ' εἶ φρενῶν; EUR Med. 316 λέγεις ἀκοῦσαι μαλθάκ' ἀλλ' ἔσω φρενῶν ὀρρωδία μοι μή τι βουλεύσῃς κακόν: sed metuo, ne quid calamitatis mente agites. ἔσω φρενῶν sub imo pectore, ita ut videri non possit, clam. AESCH. Choe. 389 τί γὰρ κεύθω φρενὸς οἷον ἔμπας ποτᾶται; Suppl. 850 κελεύω βία μεθέσθαι ἴχαρ φρενί τ' ἄταν· Videtur locus indicari in versibus manifeste corruptis. Choe. 512 τὰ δ' ἄλλ' ἐπειδὴ δρᾶν κατώρθωσαι φρενί, ἔρδοις ἄν. Eum. 489 ὅρκον περῶντας μηδὲν ἔκδικον φρεσίν, versus in codd. F. Tr. post v. 485 receptus, post quem versum oratio restitui non

potest. SOPH. Ai. 585 ὦ δέσποτ' Αἴας, τί ποτε δρασείεις φρενί;

Nonnumquam coniungitur adiectivum, substantivum, verbum, occupationem aut facultatem mentis propriam indicans. EUR I. A. 67 ὑπῆλθεν αὐτοὺς Τυνδάρεως π υ κ ν ῇ φρενί. Med. 677 μάλιστ' ἐπεί τοι καὶ σ ο φ ῆ ς δεῖται φρενός. SOPH. frgm. 666 N τοὺς δ' αὖ μεγίστους καὶ σ ο φ ω τ ά τ ο υ ς φρενὶ τοιούσδ' ἴδοις ἂν . . . καλῶς κακῶς πράσσοντι συμπαραινέσαι. Ant. 1261 φρενῶν δ υ σ φ ρ ό ν ω ν ἁμαρτήματα. EUR. Rhes. 79 ὕ π ο π τ ο ν δ' ἐστὶ κάρτ' ἐμῇ φρενί.

SOPH. Ant. 1090 καὶ γνῷ τρέφειν τὴν γλῶσσαν ἡσυχωτέραν τὸν ν ο ῦ ν τ' ἀμείνω τῶν φρενῶν ἢ νῦν φέρει. Eodem modo Lucretius (3.615; 4.758;) „m e n t e m a n i m i" dicit. O. R. 524 ἦλθε . . . τοῦτο τοὔνειδος . . . ὀργῇ βιασθὲν μᾶλλον ἢ γ ν ώ μ ῃ φρενῶν. EUR. Phoen. 746 θάρσει προκρίνας ἢ φρενῶν ε ὐ β ο υ λ ί ᾳ; Suppl. 1062 ἔργοις 'Αθάνας ἢ φρενῶν ε ὐ β ο υ λ ί ᾳ; AESCH. Choe. 626 γυναικοβούλους τε μ ή τ ι δ α ς φρενῶν. SOPH. El. 1390 τοὐμὸν φρενῶν ὄ ν ε ι ρ ο ν αἰωρούμενον.

AESCH. Eum. 612 ἀλλ' εἰ δίκαιον εἴτε μὴ τῇ σῇ φρενὶ δ ο κ ε ῖ τόδ' αἷμα, κρῖνον. EUR. frgm. 964.5 N εἴ τι πάσχοιμ' ὧν ἐ δ ό ξ α ζ ο ν φρενί.

EUR. Bacch. 1270 γίγνομαι δέ πως ἔ ν ν ο υ ς, μετασταθεῖσα τῶν πάρος φρενῶν. Andr. 482 σ ο φ ῶ ν τε π λ ῆ θ ο ς ἀθρόον ἀσθενέστερον φ α υ λ ο τ έ ρ α ς φρενὸς αὐτοκρατοῦς. frgm. 598 N ὁ πρῶτος ε ἰ π ὼ ν οὐκ ἀ γ υ μ ν ά σ τ ῳ φρενί. frgm. 619 N τὸ γῆρας, ὦ παῖ, τῶν νεωτέρων φρενῶν σ ο φ ώ τ ε ρ ο ν.

Ex contextu mentem significari apparet SOPH. Ant. 683 πάτερ, θεοὶ φ ύ ο υ σ ι ν ἀνθρώποις φρένας, πάντων ὅσ' ἐστὶ κτημάτων ὑπέρτατον. El. 1463 ὡς . . . μηδὲ πρὸς βίαν . . . φ ύ σ ῃ φρένας. Mentem hominibus di dant. In omnibus inest et cum hominibus aetate procedit et crescit. Fieri tamen potest ut homines etiam senes ea carere videantur. O. C. 805 ὦ δύσμορ', οὐδὲ τῷ χρόνῳ φ ύ σ α ς φανῇ φρένας ποτ',

ἀλλὰ λῦμα τῷ γήρᾳ τρέφῃ; EUR. Hipp. 701 πρὸς τὰς τύχας γὰρ τὰς φρένας κεκτήμεθα. AESCH. Prom. 444 ὡς σφᾶς νηπίους ὄντας τὸ πρὶν ἔννους ἔθηκα καὶ φρενῶν ἐπηβόλους. SOPH. frgm. 104 N εἴθ' εὖ φρονήσαντ' εἰσίδοιμί πως φρενῶν ἐπήβολον καλῶν σε. EUR. Hipp. 462 πόσους δοκεῖς δὴ κάρτ' ἔχοντας εὖ φρενῶν νοσοῦνθ' ὁρῶντας λέκτρα μὴ δοκεῖν ὁρᾶν; part. ἔχων c. gen, part. participem significat.

EUR. Bacch. 947 τὰς δὲ πρὶν φρένας οὐκ εἶχες ὑγιεῖς. Troad 417 οὐ γὰρ ἀρτίας ἔχεις φρένας. Hipp. 1119 οὐκέτι γὰρ καθαρὰν φρέν' ἔχω (τὰ) παρ' ἐλπίδα λεύσσων. Ad hunc versum scholiasta, respiciens v. 1104 adnotat: ἐκπίπτω τοῦ ἀνάγειν εἰς θεοὺς πρόνοιαν τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων. Recte Bruhnius „ungetrübt" sed falso, „d. h. fromm, gottvertrauend." καθαρός non significat pium, sed ita usurpatur de mente, ut indicet eam puram, sinceram, quae libere iudicare possit, esse; τὰ παρ' ἐλπίδα videns, turbatur. SOPH. O. C. 1487 ἆρ' ἐγγὺς ἀνήρ; ἆρ' ἔτ' ἐμψύχου, τέκνα, κιχήσεταί μου καὶ κατορθοῦντος φρένα;

AESCH. Ag. 1064 ἦ μαίνεταί γε καὶ κακῶν κλύει φρενῶν. SOPH. El. 992 εἰ φρενῶν ἐτύγχαν' αὕτη μὴ κακῶν, ἐσῴζετ' ἂν τὴν εὐλάβειαν.

EUR. Bach. 670 τὸ γὰρ τάχος σὸν τῶν φρενῶν δέδοικ', ἄναξ. frgm. 1032 N τὸ δ' ὠκὺ τοῦτο καὶ τὸ λαιψηρὸν φρενῶν εἰς συμφορὰν καθῆκε πολλὰ δὴ βροτούς.

Αἱ φρένες (ἡ φρήν) aliquid agere dicuntur. AESCH. Ag. 275 οὐ δόξαν ἂν λάβοιμι βριζούσης φρενός. Pers. 767 φρένες γὰρ αὐτοῦ θυμὸν ωἰακοστρόφουν. Ag. 502 αὐτὸς φρενῶν καρποῖτο τὴν ἁμαρτίαν. Eum. 17 τέχνης δέ νιν Ζεὺς ἔνθεον κτίσας φρένα ἵζει τέταρτον μάντιν. EUR. Hipp. 1104 μέγα μοι τὰ θεῶν μελεδήμαθ', ὅταν φρένας ἔλθῃ, λύπας παραιρεῖ: quotiens curae deorum mihi in mentem venit, magnopere doloribus levor. AESCH. Pers. 900 καὶ τὰς

πολυάνδρους Ἑλλάνων ἐκράτει σφετέραις φρεσίν. EUR. Troad. 1158 ὦ μεῖζον' ὄγκον δορὸς ἔχοντες ἢ φρενῶν.

Αἱ φρένες (ἡ φρήν) aliquid patiuntur: AESCH. Ag. 1622 δύαι διδάσκειν ἐξοχώταται φρενῶν ἰ α τ ρ ο μ ά ν τ ε ι ς. SOPH. frgm. 111 N [φρ]ενῶν διδάσκαλος, supplevit E. A. I. Ahrens. Hic φρένες = νοῦς cf. schol. Plat. p. 961 A 25. Trach. 217 οὐδ' ἀπώσομαι τὸν αὐλόν, ὦ τύραννε τᾶς ἐμᾶς φρενός. (Cf. Eur. Alc. 346). Ant. 603 λόγου τ' ἄνοια καὶ φρενῶν ἐ ρ ι ν ύ ς, ad quem versum scholiasta: ὅτι οἰστρηθεῖσα ὑπὸ τῶν ἐρινύων.. τοῦτο τετόλμηκεν. EUR. I. T. 1181 καθεῖσαν δ έ λ ε α ρ ἡδύ μοι φρενῶν, Iphigenia Thoanti respondet, qui eam laudavit, quod tam sapiens sit, quod res tam bene intellexerit: „(Graeci illi) iis, quae narraverant, mentem meam incitaverunt ad res bene intellegendas." AESCH. Choe. 80 δίκαια καὶ μὴ δίκαι' ἀρχὰς πρέπον β ί ᾳ φρενῶν αἰνέσαι. S. c. Th. 612 ἀνοσίοισι συμμιγεὶς θρασυστόμοισιν ἀνδράσιν β ί ᾳ φρενῶν, ubi conferenda sunt θυμοῦ βίᾳ (Alc. 829) καρδίας βίᾳ (Aesch. Suppl. 799) ψυχὴν βιάζου (Herc. 1366), de quibus infra s. v. θυμός pluribus verbis agetur. Ag. 277 παιδὸς νέας ὣς κάρτ' ἐ μ ω μ ή σ ω φρένας.

Sequuntur versus, ubi αἱ φρένες (ἡ φρήν) membris opponuntur. EUR. Hipp. 317 χ ε ῖ ρ ε ς μὲν ἁγναί, φ ρ ὴ ν δ' ἔχει μίασμά τι. 612 ἡ γ λ ῶ σ σ' ὀμώμοχ' ἡ δὲ φ ρ ὴ ν ἀνώμοτος: iuravi lingua mentem iniuratam gero (Cic. de off. III 29, 108). Eae cogitationes cognatione quadam inter se continentur; nam quid homines sentiant, cogitent, quo animo sint, non quid faciant aut dicant interesse Euripides putat. Quae sententia sane laudabilis est quatenus mala cogitatio tanta vituperatione digna est, quanta factum malum, sed reprehendenda, si homines ex ea intellegunt boni finis causa vel dirissima scelera committi licere. Iure Aristophanes aliique in hunc versum invecti sunt. (Aristoph.

Ran. 102. 1471. Thesm. 275. Ach. 398. Plat. Symp. 199 A, Theaet. 154 D. Athen. III 122 B. Luc. vit. auct. 9). Euripidem cogitata a dictis et factis seiunxisse apparet etiam ex Hipp. v. 1448, ubi Theseus Hippolytum interrogat ἦ τὴν ἐμὴν ἄναγνον εἶ λιπὼν φρένα; ubi φρένα cum ALPV[2]NγρB non χέρα cum VBODγρA legendum est, nam sua manu Theseus Hippolytum non interfecit; mentem suam ἄναγνον vocat, quod a Neptuno impetravit, quae improbe optaverat, itaque auctor mortis filii est. Or. 1604 Menelao dicenti ἁγνὸς γάρ εἰμι χ ε ῖ ρ α ς Orestes respondet: ἀλλ' οὐ τὰς φ ρ έ ν α ς.

Est locus, ubi collocantur ea, quae sensibus percipiuntur; quia αἱ φρένες (ἡ φρήν) animadvertunt eas res, quas aures audiunt, oculi vident, ipsae apud poetas auribus, oculis, praeditae sunt.

AESCH. Prom. 1061 μὴ φρένας ὑμῶν ἠ λ ι θ ι ώ σ ῃ βροντῆς μύκημα. SOPH. Ai. 16 φώνημ' ἀκούω καὶ ξ υ ν α ρ π ά ζ ω φρενί. AESCH. Choe. 55 σέβας.. δι' ὤτων φρενός τε. Cum aures habeant φρένες, iis persuaderi potest. AESCH. Ag. 1052 ἔσω φρενῶν λέγουσα πείθω νιν λόγῳ: dicens ea, quae ad mentem eius permanent, ei (Cassandrae) persuadeo. EUR. Hipp. 1337 λόγων ἐλέγχους ὥστε σὴν πεῖσαι φρένα: verborum argumenta ut menti tuae persuadeant. AESCH. Suppl. 106 δ υ σ π α ρ α β ο ύ λ ο ι σ ι φρεσίν.

AESCH. Eum. 104 ε ὕ δ ο υ σ α γὰρ φρὴν ὄ μ μ α σ ι ν λαμπρύνεται: mens enim dormiens oculis illuminatur. Choe. 854 οὔτοι φρέν' ἂν κλέψειεν ὠ μ μ α τ ω μ έ ν η ν: immo mentem oculis praeditam decipere non potest. Prom. 842 σημεῖά μοι τάδ' ἐστὶ τῆς ἐμῆς φρενός, ὡς δ έ ρ κ ε τ α ι πλέον τι τοῦ πεφασμένου. Eum. 276 cf. infra. Ag. 492 τερπνὸν τόδ' ἐλθὸν φῶς ἐ φ ή λ ω σ ε ν φρένας: iucunda illa lux mentem meam obcaecavit. EUR. frgm. 776 N τυφλὰς ἔχουσι τὰς φρένας.

Quae φρένες (φρήν) audiverunt, ea tenere possunt; sunt

igitur sedes memoriae. Apud Homerum passim legimus: σῇσιν ἔχε φρεσίν, ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν taliaque. Tragici autem vividiore imagine delectantur et dicere amant ἐν φρεσὶ γράφειν, quod apud Homerum non inveniri mirum non est; exstant enim in eius carminibus pauca vestigia artis scribendae.

AESCH. Choe. 450 τοιαῦτ' ἀκούων ⟨τάδ'⟩ ἐν φρεσὶν γράφου. SOPH. Phil. 1325 καὶ ταῦτ' ἐπίστω καὶ γράφου φρενῶν ἔσω. frgm. 540 N θὲς δ' ἐν φρενὸς δέλτοισι τοὺς ἐμοὺς λόγους. AESCH. Prom. 789 ἣν ἐγγράφου σὺ μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν: quam fac ut inscribas in memoribus tabellis mentis. Eum. 276 δελτογράφῳ δὲ πάντ' ἐπωπᾷ φρενί: (Erinys) omnia diligenter considerat mente, in qua res factas inscriptas habet. 88 μέμνησο, μὴ φόβος σε νικάτω φρένας. Quae in mente inscripta sunt, etiam elui possunt. EUR. Hec. 590 καὶ νῦν τὸ μὲν σὸν ὥστε μὴ στένειν πάθος οὐκ ἂν δυναίμην ἐξαλείψασθαι φρενός: neque nunc, quae passa es ex mente mea elui possunt ita, ut non dolorem tuum commiserear.

Loqui dicitur ἡ φρήν: AESCH. Suppl. 775 ἄγγελον δ'οὐ μέμψεται πόλις γέρονθ' ἡβῶντα εὐγλώσσῳ φρενί.

Cum αἱ φρένες (ἡ φρήν) sensibus praeditae sint non mirum est poetas τὰς φρένας μαίνεσθαι dicere (S. c. Th. 967) et ἀλγεῖν (I. A. 1434) et γηθεῖν (Choe. 772) et ποθεῖν (Trach. 103) et φρίσσειν (Hec. 85) et τρέμειν (Phoen. 1285), quae exempla augere nolim, quia iam supra enumerata sunt aut recurrunt in sequentibus.

Ex versibus Soph. O. C. 310 et El. 390 vidimus poetas homines in mente sua errantes facere. Qui nusquam in mente sua versatur sine mente est, mentis non compos, amens.

EUR. Hipp. 1012 μάταιος ἄρ' ἦν οὐδαμοῦ μὲν οὖν φρενῶν. Heracl. 709 τί χρῆμα μέλλεις σῶν φρενῶν οὐκ ἔνδον ὤν; SOPH. Phil. 865 σιγᾶν κελεύω, μηδ' ἀφεστάναι φρενῶν:

tacere vos iubeo neque amittere sanam mentem; qui locus unus est, ubi hac ratione a Sophocle usurpata est vox; tamen aliquid interest inter usum Sophocleum et Euripideum; nam apud hunc rationem significat nomen, apud illum mentem sanam, praesentiam animi. EUR. Bacch. 359 μέμηνας ἤδη· καὶ πρὶν ἐξέστης φρενῶν. 850 Διόνυσε νῦν σὸν ἔργον.. πρῶτα δ' ἔκστησον φρενῶν. Or. 1021 ὥς σ' ἰδοῦσ' ἐν ὄμμασιν πανυστάτην πρόσοψιν ἐξέστην φρενῶν. Herc. 775 ὁ χρυσὸς ἅ τ' εὐτυχία φρενῶν βροτοὺς ἐξάγεται. Sic in codd. legitur. Dind. φρενῶν in φρονεῖν emendavit. Sed poetam dixisse aurum et fortunam homines adducere ut sapiant vix credibile est. Pulchra est coniectura, quam proposuit J. T. Sheppard Class. Rev. XXIX 1915 pag. 68 sq, pro φρενῶν φθονεῖν legens. Wilamowitzius Herakles pag. 381 formam mediam ἐξάγεται pro activa ἐξάγει inusitatam appellaverat. Chorus exsultat Lyci interitu.

His sin, ita Sheppard, *began not from his pride and wantonness in prosperity but because he envied a king and therefore slew him and seized his wealth and throne cf. O. R. 380 .... The sense we want is: the sight of prosperity and gold makes men envious and thus laids to (brings in its train) tyranny usurping against right. But time brings a terrible reversal and retribution which none can bear to look upon. The usurper goes from bad to worse and finally wrecks the chariot of his good fortune.* (ad medium ἐξάγεται cf. Xen. Hiero IX 11).

EUR. Hipp. 935 σοὶ γὰρ ἐκπλήσσουσί με λόγοι παραλλάσσοντες ἔξεδροι φρενῶν.

Ut in nummis adulterinis prava signa infiguntur ita poetae fingunt in mente pravas cogitationes infixas, quibus fit, ut mens insaniat. Παρά proprie iuxta, in compositis talibus prave designat cf. Hipp. 1115 δόξα παράσημος.

EUR. Bacch. 33 ὅρος δ' οἰκοῦσι παράκοποι φρενῶν. Hipp. 238 ὅστις σε θεῶν παρακόπτει φρένας. AESCH. Ag. 479 τίς ὧδε παιδνὸς ἢ φρενῶν κεκομμένος, ubi φρενῶν, ut in versu Euripideo supra allato, est genitivus separativus (cf. Aristoph. Eq. 807, παρακρούεσθαι Phryn. in Bekkeri An. p. 59.27 Ps. Dem. 49.19).

Sequuntur exempla, ubi significatio delirandi inest in vocabulo, quod φρεσίν aut φρενί additur.

EUR. Herc. 1122 οὐ γάρ τι βακχεύσας γε μέμνημαι φρένας, ubi Wilamowitzius adnotat „φρένας *ist zugefügt weil* βακχεύειν *d. h.* βάκχον εἶναι *allein nicht den Wahnsinn bezeichnen kann.*" In versu antecedenti 1119 Amphitryo dixerat εἰ μηκέθ' Ἅιδου βάκχος εἶ, φράσαιμεν ἄν. Hercules autem non intellegens, quid sibi velint ea verba, v. 1120 παπαῖ, inquit, τόδ' ὡς ὕποπτον ᾐνίξω πάλιν. Tum Amphitryo: καί σ' εἰ βεβαίως εὖ φρονεῖς ἤδη σκοπῶ (nam si res ita se habebit, tibi vera dicam). Deinde Hercules iterum affirmat se nescire, quid factum sit, eodem verbi radice usus, quo pater usus est. Nomine φρένες ut Or. 216 indicatur ea pars mentis, quae sedes est memoriae. Metri causa additum est. Troad. 408 εἰ μή σ' Ἀπόλλων ἐξεβάκχευεν φρένας.

AESCH. Ag. 1427 ὥσπερ οὖν φονολιβεῖ τύχᾳ φρὴν ἐπιμαίνεται. S. c. Th. 484 ὡς δ' ὑπέραυχα βάζουσιν ἐπὶ πόλει μαινομένᾳ φρενί. EUR. frgm. 640 N μαίνονται φρένες. AESCH. S. c. Th. 661 εἴ νιν κατάξει χρυσότευκτα γράμματα ἐπ' ἀσπίδος φλύοντα σὺν φοιτῷ φρενῶν.

In vocabulo cum nomine φρένες (φρήν) coniuncto significatio insaniendi non inest: AESCH. Pers. 750 πῶς τάδ' οὐ νόσος φρενῶν εἶχε παῖδ' ἐμόν; Prom. 673 εὐθὺς δὲ μορφὴ καὶ φρένες διάστροφοι ἦσαν. SOPH. Ai. 447 κεἰ μὴ τόδ' ὄμμα καὶ φρένες διάστροφοι γνώμης ἀπῇξαν τῆς ἐμῆς, οὐκ ἄν ποτε δίκην κατ' ἄλλου φωτὸς ὧδ' ἐψήφισαν. EUR. I.

A. 394 ἕτοιμοι δ'εἰσὶ μ ω ρ ί ᾳ φρενῶν. Hipp. 511 ἅ σ' οὐκ ἐπ' αἰσχροῖς οὔτ' ἐπὶ βλάβῃ φρενῶν παύσει νόσου τῆσδε.

Mentem significans nomen φρένες (φρήν) apud Aeschylum quadragies semel, apud Sophoclem vicies ter, apud Euripidem quadragies ter (quadragies bis) occurrit. Singularis numerus apud Aeschylum quinquies decies, apud Sophoclem sexies, apud Euripidem duodecies legitur, pluralis apud Aeschylum vicies sexies, apud Sophoclem septies decies, apud Euripidem tricies semel (tricies).

VI Quoniam αἱ φρένες (ἡ φρήν) omnes facultates ψυχικάς comprehendunt, sensibus et artubus praeditae vocantur, nomen nonnumquam adhibetur *pro homine ipso*, in pede sexto versus.

AESCH. Choe. 847 τί τῶνδ' ἂν εἴποις ὥστε δηλῶσαι φρενί; (mihi) SOPH. Trach. 538 λωβητὸν ἐμπόλημα τῆς ἐμῆς φρενός Deianira Iolam vocat, quam Herculis esse nunc scit, postquam eam domo accepit „merx mihi damnosa." EUR. Io 927 κακῶν γὰρ ἄρτι κῦμ' ὑπεξαντλῶν φρενί (mihi). Ut terra undis, sic φρήν miseriis inundata esse fingitur, quae exhauriendae sunt. Troad. 682 Andromache dicit se spem, quam omnes homines habeant, nullam habere οὐδὲ κλέπτομαι φρένας: neque me ipsam fallo (me aliquid, quod utile sit, facere). frgm. 344 N νέος, πόνοις δέ γ' οὐκ ἀγύμναστος φρένας. Hipp. 1262 κομίζειν ἢ τί χρὴ τὸν ἄθλιον δράσαντας ἡμᾶς σῇ χαρίζεσθαι φρενί; (tibi). Aliud est τῷ θυμῷ χαρίζεσθαι (Soph. El. 331) AESCH. Ag. 1084 μένει τὸ θεῖον δ ο υ λ ί ᾳ περ ἐν φρενί. Suppl. 606 ἀλλ' ὡς ἀνηβῆσαί με γ η ρ α ι ᾳ φρενί. EUR. Heracl. 540 ἀλλ' ἐξ ἐκείνου σπέρμα τῆς θείας φρενὸς πέφυκας Ἡράκλειος. Fortasse hic etiam afferendum est exemplum SOPH. Ichn. 4 -λοφον φρενί.

Hominem ipsum nomen φρένες (φρήν) in fabulis Aeschyleis t e r in Sophocleis s e m e l (bis), in Euripideis q u i n q u i e s indicat. Apud A e s c h y l u m et S o p h o c l e m s i n g u l a r i s t a n t u m n u m e r u s occurrit, apud E u r i p i d e m t e r singularis, b i s pluralis legitur.

VII Significantur ea, quae sunt in animo: *consilium, voluntas.*

AESCH. Suppl. 1050 Δ ι ὸ ς οὐ παρβατός ἐστιν μ ε γ ά λ α φρὴν ἀ π έ ρ α τ ο ς. 1057 τί δὲ μέλλω φρένα Δ ί α ν καθορᾶν ὄψιν ἄβυσσον; EUR. Melan. v. 14 H ἐν Φοίβου τε γὰρ δόμοις προφητεύουσι Λοξίου φρένα γυναῖκες. v. 16 H ἀμφὶ δ'ἀγνὰ Δωδώνης βάθρα φηγῷ παρ' ἱερᾷ θῆλυ τὰς Διὸς φρένας γένος πορεύει. Hipp. 473 ἀλλ', ὦ φίλη παῖ, λῆγε μὲν κ α κ ῶ ν φρενῶν. Phoen. 1300 τάλανες ὅτι ποτὲ μονομάχον ἐπὶ φρέν' ἤλθέτην. SOPH. O. C. 1340 ὅν, εἰ σὺ τὴμῇ ξυμπαραστήσῃ φρενί, . . . διασκεδῶ. Ant. 993 οὔκουν πάρος γε σῆς ἀπεστάτουν φρενός. 1015 καὶ ταῦτα τῆς σῆς ἐκ φρενὸς νοσεῖ πόλις. 1063 ὡς μὴ 'μπολήσων ἴσθι τὴν ἐμὴν φρένα. O. C. 1182 τὸν ἄνδρ' ἔασον τόνδε τῇ θ' αὑτοῦ φρενὶ χάριν παρασχεῖν τῷ θεῷ θ' ἃ βούλεται. Ex analogia τοῦ θυμῷ χαρίζεσθαι dictum esse puto. AESCH. Pers. 472 ὦ στυγνὲ δαῖμον, ὡς ἄρ' ἔψευσας φρενῶν Πέρσας. EUR. Hipp. 685 οὐ σῆς προυνοησάμην φρενός; Consilium, voluntatem significans nomen in fabulis Aeschyleis t e r, in Sophocleis q u i n q u i e s, in Euripideis q u i n q u i e s invenitur. Singularis numerus apud Aeschylum b i s, apud Sophoclem q u i n q u i e s, apud Euripidem t e r legitur, pluralis apud Sophoclem o m n i n o n o n, apud Aeschylum s e m e l, apud Euripidem b i s.

VIII Indicantur ea, quae sunt in mente: *mens sana, cogitationes, ratio.*

SOPH. Ant. 754 κλαίων φρενώσεις ὢν φρενῶν αὐτὸς κενός. 648 μή οὖν ποτ', ὦ παῖ, τὰς φρένας γ' ὑφ' ἡδονῆς γυναικὸς οὕνεκ' ἐκβάλῃς. El. 1326 ὦ πλεῖστα μῶροι καὶ φρενῶν τητώμενοι. Ant. 492 λυσσῶσαν αὐτὴν οὐδ' ἐπήβολον φρενῶν. AESCH. Choe. 452 δι' ὤτων δὲ συντέτραινε μῦθον ἡσύχῳ φρενῶν βάσει. S. c. Th. 663 εἰ δ' ἡ Διὸς παῖς παρθένος Δίκη παρῆν ἔργοις ἐκείνου καὶ φρεσὶν τάχ' ἂν τόδ' ἦν. Prom. 472 ἀποσφαλεὶς φρενῶν πλανᾷ (cf. ψυχῆς πλάνημα Soph. O. R. 727). EUR. Hipp. 283 νόσον πυθέσθαι τῆσδε καὶ πλάνον φρενῶν. I. T. 1322 μὴ 'νταῦθα τρέψῃς σὴν φρέν' ἀλλ' ἄκουέ μου. frgm. 781.56 N θυηπολοῦσα θεοῖς ἐκεῖσ' ἔχει φρένας. I. T. 815 ὦ φίλτατ' ἐγγὺς τῶν ἐμῶν κάμπτεις φρενῶν. SOPH. Ai. 614 νῦν δ' αὖ φρενὸς οἰωβώτας, quo versu Aiax pastor, cogitationes grex esse finguntur, quem secretus ab aliis pascit. EUR. Bacch. 944 αἰνῶ δ' ὅτι μεθέστηκας φρενῶν.

SOPH. O. R. 1511 σφῷν δ' ὦ τέκν' εἰ μὲν εἰχέτην ἤδη φρένας, πόλλ' ἂν παρῄνουν, quo versu nomen φρένες translatam tantum notionem habere potest, quia homines nascentes praecordiis praediti sunt. AESCH. Ag. 175 τεύξεται φρενῶν τὸ πᾶν. EUR. Or. 216 ἀμνημονῶ γὰρ τῶν πρὶν ἀπολειφθεὶς φρενῶν. cf. Bacch. 1270 τῶν πάρος φρενῶν. πρίν ad nomen φρένας pertinet. Bacch. 269 ἐν τοῖς λόγοισι δ'οὐκ ἔνεισί σοι φρένες.

Mentem sanam, cogitationes, rationem indicans nomen in fabulis Aeschyleis quater, in Sophocleis sexies, in Euripideis septies occurrit. Apud Aeschylum pluralis tantum legitur, apud Sophoclem semel singularis, quinquies pluralis, apud Euripidem semel singularis, pluralis sexies.

Nomen φρένες etiam invenitur in versu emendationem desideranti neque adhuc emendato: EUR. Hipp. 365 ὀλοίμαν ἔγωγε πρὶν σὰν φιλίαν κατανύσαι φρενῶν. Chorus, postquam

audivit Phaedram amore Hippolyti captam esse eam miseratur, sed sperat numquam fore ut ipsa tali amore afficiatur. Sensum versus corrupti hunc esse puto: peream antequam animo meo talem amorem, qualem tu, experiar.

De Adiectivis cum Substantivo φρήν compositis.

I Adiectiva cum substantivo φρήν composita desinunt in -φρων. Cum praepositionibus formantur:

ἔμφρων
παράφρων
περίφρων
πρόφρων
σύμφρων
ὑπέρφρων

ἔμφρων est, qui φρένα, sedem affectuum, rationis etc. in se habet. Opponitur vox adiectivo ἄφρονι. Cum autem unus quisque praecordia habeat, fieri non potest ut vocabulum aliam significationem ac translatam habeat. Varios animi affectus vox non significat, sed semper pertinet ad mentem. Ἔμφρων est, qui *mentis compos* est, ἄφρων autem, qui omni sensu caret. Saepe vox ἄφρων idem valet ac demens et nonnumquam vituperationis instar est. Si autem de pueris dicitur, saepe inest aliquid misericordiae, quippe qui sine sensu nascantur non sua culpa.

Homo nascens ἔμφρων non est, certa demum aetate fit, et fieri potest ut permaneat usque ad supremam vitae horam. Si autem mens eius morientis alienatur non iam ἔμφρων est, sed ἄφρων. Nec magis animalia mente praedita sunt.

Adiectivum ἔμφρων apud Aeschylum bis, apud Sophoclem quater, apud Euripidem bis legimus.

AESCH. Prom. 848 ἐνταῦθα δή σε (sc. Ionem) Ζεὺς τίθησιν ἔμφρονα: illic Iuppiter tibi (priorem) mentem restituit (sc. quam bos facta a crabrone vexata amisisti).

SOPH. frgm. 524 N ὅταν δ' ἐς ἥβην ἐξικώμεθ' ἔμφρονες, ὠθούμεθ' ἔξω καὶ διεμπολώμεθα θεῶν πατρῴων τῶν τε φυσάντων ἄπο, mulier quaedam dicit, postquam narravit, quam iucunde virgines domi patris vivant, quamdiu nondum nubiles sint. Vocabulo ἔμφρων opponitur νήπιος, ἔμφρων ergo is vocatur, qui mentis suae compos est, qui scit, quid sibi accidat. SOPH. O. R. 436 ἡμεῖς (sc. Tiresias) τοιοίδ' ἔφυμεν, ὡς μὲν σοὶ δοκεῖ, μῶροι, γονεῦσι δ' οἵ σ' ἔφυσαν ἔμφρονες: nos tales sumus, quales tibi esse videmur, stulti, parentibus autem, qui te creaverunt, sapientes. Opponuntur inter se ἔμφρονες et μῶροι; nomen μῶρος interdum idem valet atque ἄφρων, ex. gr. Eur. Phoen. 1647 ἄφρονά γε καὶ σὺ μῶρος.

EUR. Io 553 ἔμφρον' ἢ κάτοινον ὄντα; utrum mentis compos an ebrius?

AESCH. Choe. 1026 ἕως δ' ἔτ' ἔμφρων εἰμὶ κηρύσσω φίλοις: quamdiu compos mentis sum (nam Furias, quae eum amentem facient appropinquantes videt) EUR I. T. 315 ἔμφρων δ' ἀνᾴξας ὁ ξένος (sc. Orestes): compos mentis factus (ex insania). SOPH. Ai. 306 Tecmessa narravit de Aiacis insania; deinde sic pergit: ἔμφρων μόλις πως ξὺν χρόνῳ καθίσταται καὶ πλῆρες ἄτης ὡς διοπτεύει στέγος παίσας κάρα θώυξεν: postquam tandem ad se rediit, resipiit. Ant. 1237 ἔτ' ἔμφρων παρθένῳ προσπτύσσεται (Αἵμων): mente nondum alienata, mentis suae adhuc compos puellam complexus est.

Itaque ἔμφρων is est, qui sibi conscius est earum rerum, quas facit. Id non est animalium, neque infantium, quos

ut rationem reddant factorum cogere non possumus, neque hominis ebriosi aut dementis aut animam agentis. — Locum singularem obtinet adiectivum ἔμφρων apud Soph. O. R. 436, sed etiam hic vim suam mutuatur ex eo, quod μῶρος ei opponitur, ut semper vocabulo contrarium aut opponitur aut oppositum cogitatur. Mens significatur.

παράφρων est, cuius φρὴν παρά est, proprie cuius φρήν iuxta suum locum est, qui ergo παραφρονεῖ. Cum hac compositione conferenda est παράνους, quo adiectivo designatur is, cuius νοῦς παρά est, qui *demens* est; praeterea adiectiva παραπλήξ et παραβλής, quae ut illa a praepositione παρά incipientia dementes significant, sed non eodem modo ac παράφρων et παράνους composita sunt. Παραπλήξ designat eum, qui παρὰ πεπληγμένος est, i. e. iuxta suum locum, prave πεπληγμένος est; adiectivum, in quo πλήξ vim passivam habet, idem significat ac παρακεκομμένος.

Ut in composito ἔμφρων ita in παράφρων nomen φρήν translatam notionem habet. Semel apud Sophoclem, semel apud Euripidem invenitur.

SOPH. El. 472 εἰ μὴ 'γὼ παράφρων μάντις ἔφυν καὶ γνώμας λειπομένα σοφᾶς, εἶσιν ἁ πρόμαντις Δίκα, ubi scholiasta adnotat ἀνόητος, nisi vates stultus, vates pravo consilio sum, qui artem meam prave intellego, atque mentis facultates me deficiunt, Iustitia, quae somnium misit, ventura est. Hoc loco notio insaniendi in voce non inest, sed ad significationem vocabulorum, quae designant insanum, dementem, delirum accedit apud EUR. Hipp. 232 τί τόδ' αὖ παράφρων ἔρριψας ἔπος; nutrix Phaedram interrogat, quid mentis tuae non compos vocem illam emisisti?

περίφρων apud Homerum *prudentissima* epitheton

Penelopes proprium apud poetas tragicos bis legimus. περίφρων vocatur, cuius mens περί est, mentes aliorum hominum vincit, aut cuius animus περί est, superiora appetit, quam animi aliorum, animus eius, qui *superbus* est.

AESCH. 1426 μεγαλόμητις εἶ, περίφρονα δ' ἔλακες (sc. Clytaemestra): audax es, superba erant, quae dixisti. Hoc versu adiectivum translate adhibetur de verbis eius, quae superba est. Vituperationis instar est, nam vergit ad notionem vocis ὕβρεως, quam significationem nomen habet AESCH. Suppl. 757 οὐ μή ... ἡμῶν χεῖρ' ἀπόσχωνται, πάτερ, περίφρονες δ' ἄγαν ἀνιέρῳ μένει μεμαργωμένοι, ubi idem valet ac ὑ β ρ ι σ τ ή ς.

π ρ ό φ ρ ω ν vocatur is, cuius φρήν prona ad aliquid est, cuius φρήν alicui prodesse conatur, qui propitius, benevolus alicui est. Novies apud Aeschylum, semel apud Sophoclem, semel apud Euripidem invenitur. Adverbium προφρόνως. Semper adiectivum et adverbium apponuntur diis, a quibus homines orant, ut sibi propitii sint, praeter Ag. 174.

AESCH. Suppl. 216 συγγνοῖτο δῆτα καὶ παρασταίη πρόφρων (Apollo). 967 πέμψον δὲ πρόφρων (δῖε Πελασγῶν) δεῦρ' ἡμέτερον πατέρα. SOPH. El. 1380 ἄναξ Ἄπολλον ... λίσσομαι γενοῦ πρόφρων ἡμῖν ἀρωγὸς τῶνδε τῶν βουλευμάτων. EUR. Alc. 743 χαῖρε· πρόφρων σὲ χθόνιός θ' Ἑρμῆς Ἅιδης τε δέχοιτο. AESCH. Choe. 1064 ἀλλ' εὐτυχοίης καί σ' ἐποπτεύων πρόφρων θεὸς φυλάσσοι.

Suppl. 1 Ζεὺς μὲν ἀφίκτωρ ἐπίδοι προφρόνως στόλον ἡμέτερον. Choe. 478 πέμπετ' ἀρωγὴν παισὶν προφρόνως ἐπὶ νίκῃ. Eum. 926 τάδ' ἐγὼ προφρόνως τοῖσδε πολίταις πράσσω. 969 τάδε τοι χώρᾳ τὴμῇ προφρόνως ἐπικραινομένων γάνυμαι. Suppl. 345 κλῦθί μου πρόφρονι καρδίᾳ, Πελασγῶν ἄναξ, ubi καρδία πρόφρων appellatur, tametsi ἡ καρδία ἐν φρεσίν habitare dicitur, non ἡ φρὴν ἐν καρδίᾳ. Ἡ καρδία autem non solum auribus

(κλῦθί μου), sed etiam mente ornata vicibus hominis fungitur.

AESCH. Ag. 174 Ζῆνα δέ τις προφρόνως ἐπινίκια κλάζων τεύξεται φρενῶν τὸ πᾶν· τὸν φρονεῖν βροτοὺς ὁδώσαντα τῷ πάθει μάθος θέντα κυρίως ἔχειν: qui ex animo Iovem victorem celebrant omnino sapientes sunt, eum, qui hominibus viam monstravit ad σωφροσύνην ducentem, lege sancta, ut calamitate homines discerent. Hoc versu adverbium προφρόνως eandem notionem habet, quam προθύμως.

σύμφρων est, cuius φρὴν σύν est alicui, qui idem φρονεῖ ac alius quidam, *alicui unanimus* est. Bis apud Aeschylum legimus.

Ag. 110 ὅπως Ἀχαίων δίθρονον κράτος Ἑλλάδος ἥβας ξύμφρονε ταγώ: quomodo ambo reges Graecorum, duces unanimi (uno animo) Graeciae iuventutis. Choe. 802 οἵ τ' ἔσω δωμάτων πλουτογαθῆ μυχὸν νομίζετε κλῦτε σύμφρονες θεοί. Iove implorato Chorus item deos appellat, qui in intima parte domus habitant, itaque testes fuerunt, cum Agamemnon necaretur. Sed testes adiectivum σύμφρονες hic indicare non potest, nam in chori cantico de caede Agamemnonis mentio nondum facta est. Wecklein vertit *höret und seid zugleich mit Zeus achtsam*, adiectivum σύμφρονες trahens ad verbum ἴσθι v. 794, quod improbo. Poeta deos, οἳ ἔσω δωμάτων ἐνίζουσιν Iovi unanimos vocat. De versu Eum. 1040 cf. infra s. v. εὐθύφρων pag. 44.

ὑπέρφρων est, cuius φρὴν τὰς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων φρένας vincit, aut cuius φρήν superiora appetit quam φρένες aliorum, itaque is, qui *audax, superbus* est. Inest in voce semper vituperatio, quae in hoc vocabulo maior est quam in adiectivo περίφρων, quod etiam in bonam partem

adhibetur, nam ὑ π ε ρ φ ρ ο ν ε ῖ, ὅ σ τ ι ς ἄ γ α ν φ ρ ο ν ε ῖ. Apud Aeschylum bis, apud Sophoclem semel, apud Euripidem ter legimus, sed apud Euripidem tantum de hominibus; ceterum ab hominibus ad res transfertur.

AESCH. S. c. Th. 387 (Τυδεύς) ἔχει δ' ὑ π έ ρ φ ρ ο ν σ ῆ μ' ἐπ' ἀσπίδος τόδε· φλέγονθ' ὑπ' ἄστροις οὐρανὸν τετυγμένον: hanc imaginem superbam in scuto pictam habet. 410 ἐγὼ δὲ Τυδεῖ κεδνὸν 'Αστακοῦ τόκον ... ἀντιτάξω.. τὸν Αἰσχύνης θρόνον τιμῶντα καὶ στυγοῦνθ' ὑπέρφρονας λόγους. Tydeo autem probum filium Astaci opponam, qui Pudorem colit atque sermonem superbum odit.

SOPH. Ai. 1236 rogat Agamemnon: ποίου κέκραγας ἀνδρὸς ὧδ' ὑπέρφρονα; Quem virum tanta arrogantia celebras? EUR. Heracl. 388 (ἀλλὰ τῶν φρονημάτων) ὁ Ζεὺς κολαστὴς τῶν ἄγαν ὑπερφρόνων, vituperatio, quae inest in adi. ὑπέρφρων adverbio ἄγαν augetur; non statim semper Iuppiter τοὺς ὑπέρφρονας ulciscitur, saepe in praesens inultos esse sinit. frgm. 1073.5 N θνητῶν δὲ θνητὸς ὄλβος οἱ δ' ὑπέρφρονες καὶ τῷ παρόντι τοὐπιὸν πιστούμενοι: mortalium autem fortuna mortalis, qui superbi sunt et futura fore ut praesentia credentes etc. frgm. 303 N οὐδέποτ' εὐτυχίαν κακοῦ ἀνδρὸς ὑπέρφρονα τ' ὄλβον βέβαιον εἰκάσαι χρεών: numquam putanda est improbi viri fortuna opulentiaque superba stabilis.

C u m p r a e f i x i s α- e t δυσ- c o m p o s i t a u s u r p a n t u r:

ἄφρων
δύσφρων

„ἄ φ ρ ω ν" ita Schmidt Griech. Syn. III 647 *„ist der Unsinnige, der über seine Handlungen nicht Herr ist, nicht gemäss den Verhältnissen auf zu treten und zu handeln*

versteht. Es ist offenbar, dass ἄφρων *in sehr naher Sinnverwandtschaft zu den Wörtern des Wahnsinns steht, insofern diese wie unser verrückt ein geraten auf Abwegen bezeichnen."* Vocem apud Aeschylum bis, apud Sophoclem bis, apud Euripidem quinquies decies legimus. Opponuntur ἔμφρων et σώφρων. Adv. ἀφρόνως. Adiectivo significatur:

1. *imprudens, stolidus, stultus.*

AESCH. frgm. 392 N ἦ βαρὺ φόρημα ἄνθρωπος εὐτυχῶν ἄφρων: graviter profecto fertur homo felix idemque stolidus. SOPH. El. 941 Electra Orestem mortuum esse certior facta a Chrysothemide sorore petit, ut sibi auxilium ferat. „Qua in re," Chrysothemis rogat, „visne mortuis vitam reddam?" Tum El. respondet: οὐκ ἔσθ' ὅ γ' εἶπον· οὐ γὰρ ὧδ' ἄφρων ἔφυν, illud non dicebam, tam stulta enim non sum. EUR. Alc. 728 ἥδ' (Alcestis) οὐκ ἀναιδής· τήνδ' ἐφηῦρες ἄφρονα: haec impudens non (est); hanc imprudentem esse comperisti, quo loco in voce aliquid commiserationis inest ut nonnumquam in vocabulo νήπιος. Hel. 1151 ἄφρονες, ὅσοι τὰς ἀρετὰς πολέμῳ λόγχαισί τ' ἀλκαίου δορὸς κτᾶσθε πόνους ἀμαθῶς θνατῶν καταπαυόμενοι: insani, quicumque in bello telis fortibus pugnae virtutes quaeritis, hominum laboribus finem facere stulte conantes. I. T. 574 ὃς οὐκ ἄφρων ὢν μάντεων πεισθεὶς λόγοις ὄλωλεν ὡς ὄλωλε τοῖσιν εἰδόσιν. Orestes de se ipse dicit „qui non imprudens verbis vatum permotus periit ut periit iis, qui sciunt, quid ei acciderit." Med. 885 σωφρονεῖν δ' ἐμοὶ δοκεῖς, κῆδος τόδ' ἡμῖν προσλαβών, ἐγὼ δ' ἄφρων ἦ χρῆν μετεῖναι τῶνδε τῶν βουλευμάτων: sapere mihi videris illam affinitatem nobis adsumens, ipsa autem ego mihi imprudens, quae particeps esse debebam istorum consiliorum; quo versu σωφρονεῖν mentem non mores significat. frgm. 491 N ἴστω δ' ἄφρων ὢν ὅστις ἄτεκνος τὸ πρὶν παῖδας θυραίους εἰς δόμους ἐκτήσατο: scito se stultum esse,

qui liberis antea carens liberos alienos domo receperit. frgm. 953.9 N pater quidam filiam suam nuptam alii viro in matrimonium dare vult, quod coniunx eius prior in alios atque in eam scelus commisit. Femina pro marito loquitur: ἀλλ' ἀγνοῶ δὴ τυχὸν ἴσως (verba corrupta) ἄφρων ἐγὼ οὖσ' οὐκ ἂν ἀντείποιμι. frgm. 969 N οὐ βούλομαι πλουτοῦντι δωρεῖσθαι πένης, μή μ' ἄφρονα κρίνῃς ἢ διδοὺς αἰτεῖν δοκῶ: vir pauper beato viro donare nolo, ne stultum me putes aut donando aliquid petere videar.

Est ubi ὁ ἄφρων τῷ σώφρονι opponatur. Eur. frgm. 908 N τεκοῦσα δ' ἢν μὲν ἄφρονας τέκω, στένω ματαίως εἰσορῶσα (μὲν) κακούς, χρηστοὺς δ' ἀπολλῦσ' (opponuntur ἄφρων et χρηστός, qui ἄφρων est κακός est, cf. Theogn. 431 ὅστις σώφρον' ἔθηκε τὸν ἄφρονα κἀκ κακοῦ ἐσθλόν): si pariens liberos imprudentes pario, incassum queror eos improbos esse videns, sin autem probos, eos amittens. frgm. 92 N ἴστω δ' ἄφρων ὢν ὅστις ἄνθρωπος γεγὼς δῆμον κολούει χρήμασιν γαυρούμενος: scito se imprudentem esse, qui mortalis vulgo obtrectet opes suas iactans. Ex moribus is vir ἄφρων vocatur, ex superbia, ut Heracl. 360 Iolaus et Eurystheus: σύ τ' ἄφρων ὅ τ' Ἄργει Σθενέλου τύραννος· *Adv.* ἀφρόνως. Soph. Ai. 766 ὁ δ' (sc. Αἴας) ὑψικόμπως κἀφρόνως ἠμείψατο: sed ille superbe stulteque respondit.

2 *insanus, amens.* Vituperationis instar. Eur. I. A. 489 ἄφρων νέος τ' ἦ πρὶν τὰ πράγματ' ἐγγύθεν σκοπῶν ἐπεῖδον οἷον ἦν κτείνειν τέκνα: amentem puerilemque me praebui, antequam ex propinquo res contemplans cognovi, quid sibi vellet parricidium filiae. Hic, ubi Menelaus, vir cum sit, ipse dicit se pueriliter fecisse inest in voce ἄφρων vituperatio. frgm. 903 ἄφρων ἂν εἴην εἰ τρέφοιν τὰ τῶν πέλας: amens essem, si alienos alerem. Phoen. 1647 Pugna facta

Creon iussa Eteoclis exsequens Oedipum in exilium ire iubet. Antigone Creontem rogat, cur ita faciat. Respondet Creon: Ἐτεοκλέους βουλεύματα τάδε. Ant. ἄφρονά γε, καὶ σὺ μῶρος, ὃς ἐπίθου τάδε: insana quidem et tu amens, qui iis obtemperas. Herc. 310 τὰς τῶν θεῶν γὰρ ὅστις ἐκμοχθεῖ τύχας, π ρ ό θ υ μ ό ς ἐστιν, ἡ π ρ ο θ υ μ ί α δ' ἄ φ ρ ω ν· quicumque enim casus a diis impositos exantlat, eius voluntas bona est, benevolentia autem insana. 758 τίς ὁ θεοὺς ἀνομίᾳ χραίνων θνητὸς ὤν, ἄφρονα λόγον οὐρανίων μακάρων κατέβαλ' ὡς ἄρ' οὐ σθένουσιν θεοί; quis fuit, qui mortalis deos impietate violans fabulam insanam de diis immortalibus sparsit, scilicet eos potentes non esse?

3. *res, quae quem amentem reddit* ἄ φ ρ ω ν *vocatur.*

AESCH. Eum. 377 πίπτων δ' οὐκ οἶδεν τόδ' ὑπ' ἄφρονι λύμᾳ: domitus peste, quae eum amentem reddit, se domitum esse nescit.

δ ύ σ φ ρ ω ν. Φρήν cum sedes animi affectuum, tum sedes cogitandi et intellegendi, ipsa mens est. Ex quibus significationibus sequitur, ut adiectiva in -φρων terminantia indicare possint aut animi affectum aut méntem. Δύσφρων est, cuius φρὴν κακῶς ἔχει. Opponitur vocabulis πρόφρων et εὔφρων. Vox apud Aeschylum octies, apud Sophoclem bis, apud Euripidem quater invenitur. Significatur:

1. *imprudens, insanus, amens.*

AESCH. S. c. Th. 874 ἰὼ ἰὼ δύσφρονες, φίλων ἄπιστοι: imprudentes vos, quibus ab amicis persuaderi non potest. Adv. δ υ σ φ ρ ό ν ω ς Pers. 552 Ξέρξης δὲ πάντ' ἐπέσπε δυσφρόνως (imprudenter) βαρίδεσσι ποντίαις.

EUR. Andr. 288 Chorus narrat de iudicio Paridis: ἔβαν δὲ Πριαμίδαν ὑπερβολαῖς λ ό γ ω ν δ υ φ ρ ό ν ω ν παραβαλλόμεναι, δολίοις δ' ἕλε Κύπρις λόγοις: verborum amentium. 490

κτείνει sc. Hermione τὴν τάλαιναν Ἰλιάδα κόραν (Andromacham) παῖδά τε δ ύ σ φ ρ ο ν ο ς ἔ ρ ι δ ο ς ὕπερ. Euripides vocabulum translate de rebus usurpat.

2. *tristis* de rebus: AESCH. Ag. 547 πόθεν τὸ δύσφρον τοῦτ' ἐπῆν ‹ὑμῖν› στύγος; unde dolor ille tristis animos vestros invasit? SOPH. O. C. 202 ὤμοι δύσφρονος ἄτας, quem versum Jebbius interpretatur: *„as the work of a mind clouded by the gods"* ad Ant. 1261 referens φρενῶν δυσφρόνων ἁμαρτήματα, ubi vertere maluerim „errores mentis amentis", nam cum δύσφρων is quoque sit, qui res prave interpretatur, parum intellegit, etiam vertere possumus adiectivum per „imprudens" raro per „amens", quae vox ut ἄφρων magis vergit in notionem vituperationis. EUR. Andr. 1042 οὐχὶ σοὶ μόνᾳ δύσφρονες ἐπέπεσον λῦπαι: non tibi soli tristes curae contigerunt. Res δύσφρων vocatur, si animum alicuius tristitia afficit, ut latine tristis.

3. a. *malevolus, inimicus, hostilis;* nondum apud Homerum, qui semper adiectivum δ υ σ μ ε ν ή ς usurpat. AESCH. Choe. 278 τὰ μὲν γὰρ ἐκ γῆς δυσφρόνων μηνίματα (corr. Lobeck) βροτοῖς πιφαύσκων εἶπε. Ag. 608 γυναῖκα πιστὴν δ' ἔνδον εὑρήσει μολών, πολεμίαν τοῖς δύσφροσιν, hostilis inimicis. Suppl. 551 ΒΑ οὔτοι πτερωτῶν ἁρπαγαῖς σ'ἐκδώσομαι ΧΟ ἀλλ' εἰ δρακόντων δυσφρόνων ἐχθίοσιν; adiectiva in -φρων desinentia de animalibus usurpari possunt, quia animalia quoque φρεσίν praedita sunt. Ag. 834 δύσφρων γὰρ ἰὸς καρδίαν προσήμενος ἄχθος διπλοΐζει τῷ πεπαμένῳ νόσον: virus enim malevolentiae in corde inhaerens ei, qui morbo laborat onus auget. In versu Euripidis nondum emendato: Cycl. 296 δύσφρον' ὀνείδη Φρυξὶν οὐκ ἐδώκαμεν·

b. δύσφρων vocatur *res, cui quis inimicus est, res alicui non placens.*

AESCH. Suppl. 394 μή τί ποτ' οὖν γενοίμαν ὑποχείριος κράτεσιν ἀρσένων. ὕπαστρον δέ τοι μῆχαρ ὁρίζομαι γάμου δύσφρο-

νος φυγάν: ut effugiam conubium mihi non placens. Neque Sophocles neque Euripides adiectivo hac significatione utuntur.

Ope adverbiorum formantur:

διχόφρων
εὐθύφρων
εὔφρων

διχόφρων est, qui δίχα φρονεῖ, qui δίχα τῶν ἄλλων φρονεῖ, qui cum aliis *unanimus non* est. Semel vox usurpatur apud Aeschylum in versu corrupto: S. c. Th. 899 ἀναυδάτῳ μένει ἀραίῳ τ' ἐκ πατρὸς ⟨οὐχ add. Weckl.⟩ διχόφρονι πότμῳ, ubi ὁ πότμος vicibus personae fungens, quem pater in caput filiorum detestatus erat, venit, cum patre consentiens.

εὐθύφρων vocatur, qui εὐθὺ φρονεῖ, *qui* sine ullis ambagibus, *recte, simpliciter, cogitat.* Semel apud Aeschylum legitur adiectivum Eum. 1040, ubi alii correxerunt εὔφρονες, Wilamowitzius σύμφρονες metri causa, sed versus antistrophae huic versui respondens corruptus est. Fortasse εὐθύφρονες forma recte se habet et opponitur adiectivo δολιόφρων ex Choe. v. 947 ἔμολε δ' ᾇ μέλει κρυπταδίου μάχας δολιόφρων Ποινά, quem versum Chorus cantat, postquam Orestes et Pylades domum intraverunt ad Clytaemestram necandam. Eum. 1040 populus Atheniensis Diras rogat ut ἵλαοι δὲ καὶ εὐθύφρονες γᾷ eo veniant. Dativus γᾷ ad adiectivum ἵλαοι pertinet. Alterum adiectivum notionem εὐθύφρονι oppositam habens est ἀγκυλόμητις.

εὔφρων. Ut voci δύσφρων ita adiectivo εὔφρων tres notiones subicere possumus. Vox idem fere valet ac πρόφρων, sed haec magis de diis, illa de hominibus adhibetur. Adverbium εὐφρόνως. Apud Aeschylum vicies quater, apud Sophoclem ter, apud Euripidem quater invenitur.

Significatur :

1. *prudens, sapiens, prudentiae plenus.*

AESCH. Pers. 772 θεὸς γὰρ οὐκ ἤχθηρεν, ὡς εὔφρων ἔφυ. Suppl. 378 ὑμῖν δ'ἀρήγειν οὐκ ἔχω βλάβης ἄτερ· οὐδ' αὖ τόδ' εὖφρον, τάσδ' ἀτιμάσαι λιτάς: vobis auxiliari sine damno meo non possum, neque vero hoc sapientis est has preces neglegere. Choe. 88 χέουσα τάσδε κηδείους χοὰς πῶς εὔφρον' εἴπω, πῶς κατεύξωμαι πατρί;

Ag. 351 γύναι, κατ' ἄνδρα σώφρον' εὐφρόνως λέγεις. Pers. 837 ἀλλ' αὐτὸν (sc. Xerxem) εὐφρόνως σὺ πράυνον λόγοις.

2. *hilaris, laetus, hilarem reddens* cf. Apoll. 79, 30 εὖ τὰς φρένας διακείμενος ἐν χαρᾷ. EUR. Alc. 587 χόρευσε.. νεβρὸς.. βαίνουσα σφυρῷ κούφῳ χαίρουσ' εὔφρονι μολπᾷ sc. Apollinis. Quo versu significatio iam accedit „i u c u n d i" notioni, nam Apollo patriae Admeti benevolus, propitius adest, itaque cantus eius hominibus amicus, iucundus est. Quod etiam magis pertinet ad AESCH. Ag. v. 1577, ubi Aegisthus Agamemnone interfecto exclamat: ὦ φέγγος εὖφρον ἡμέρας δικηφόρου „iucunda lux" et ad v. 195 Aesch. Choe. ubi Electra, postquam comam Orestis vidit, εἴθ', inquit, εἶχε φωνὴν εὔφρον' ἀγγέλου δίκην: utinam vocem iucundam, gratam haberet ut nuntius. Quatenus vocem habet, non quatenus vocem iucundam habet coma cum nuntio comparatur. Cur opus sit cum Aurato εὔφρονα in ἔμφρονα mutare non video.

EUR. Cycl. 507 ὑπάγει μ'ὁ χόρτος εὔφρων ἐπὶ κῶμον ἦρος ὥραις ἐπὶ Κύκλωπας ἀδελφούς: cibus iucundus vere ducit me etc. Troad. 547 παρθένοι δ'ἀέριον ἀνὰ κρότον ποδῶν βοὰν ἔμελπον εὔφρονα.

3. *amicus, benevolus, propitius.*

de diis: AESCH. Pers. 627 ἡμεῖς δ'ὕμνοις αἰτησόμεθα φθιμένων πομποὺς (Γῆν et Ερμῆν) εὔφρονας εἶναι κατὰ γαίας. Ag. 140 τόσον περ εὔφρων, καλά (sc. Ἄρτεμις), Eum. 992

τάσδε γὰρ εὔφρονας (sc. Eumenidas) αἰεὶ τιμῶντες. SOPH. Ai. 705 ὁ Δάλιος εὔγνωστος ἐμοὶ ξυνείη διὰ παντὸς εὔφρων. Per metonymiam de Iove: SOPH. El. 162 Διὸς εὔφρονι βήματι μολόντα τάνδε γᾶν Ὀρέσταν: Iove benigne Orestem deducente huc.

de diis fluvialibus: SOPH. Ai. 420 ὦ Σκαμάνδριοι γείτονες ῥοαὶ εὔφρονες Ἀργείοις.

de hominibus: AESCH. Ag. 263 κλύοιμ' ἂν εὔφρων οὐδὲ σιγώσῃ φθόνος. Choe. 109 φθέγγου χέουσα κεδνὰ τοῖσιν εὔφροσιν (sc. Agamemnoni, umbrae Agamemnonis) Eum. 992 τάσδε γὰρ εὔφρονας εὔφρονες αἰεὶ μέγα τιμῶντες·

de multitudine hominum: AESCH. Suppl. 1035 Κύπριδος (δ') οὐκ ἀμελὴς ἑσμὸς ὅδ' εὔφρων.

de locis, quae homines incolunt: AESCH. Suppl. 20 τίν' ἂν οὖν χώραν εὔφρονα μᾶλλον τῆσδ' ἀφικοίμεθα. 971 τοῦ γάρ; προτέρα μῆτις, ὅπου χρὴ δώματα ναίειν καὶ τόπος εὔφρων·

de comitatu: AESCH. Eum. 1030, 1034 Νυκτὸς παῖδες ἄπαιδες ὑπ' εὔφρονι πομπᾷ.

de animo: AESCH. Ag. 797 τὰ δοκοῦντ' εὔφρονος ἐκ διανοίας ὑδαρεῖ σαίνει φιλότητι.

de voce, verbis etc.: AESCH. Suppl. 640 οὕνεκ' ᾤκτισαν ἡμᾶς ψῆφον δ'εὔφρον' ἔθεντο, αἰδοῦνται δ'ἱκέτας Διός. Eum. 632 ἀπὸ στρατείας γάρ νιν ἠμπολη κότα τὰ πλεῖστ' ἄμεινον εὔφροσιν δεδεγμένη: plerisque rebus bene gestis (verbis) benevolis eum recepit. Suppl. 534 τὸ πρὸς γυναικῶν δ' ἐπιδὼν νέωσον εὔφρον' αἶνον.

de labore sub persona daemonis inducto: AESCH. Ag. 806 εὔφρων π ό ν ο ς εὖ τελέσασιν sc. (laborem): labor benevolus iis, qui eum bene perfecerunt, est. Sic enim locus vertendus est, si tradita lectio servatur; sin autem cum Wilamowitzio legimus εὔφρων π ό ν ο ν εὖ τελέσασιν ἐ γ ώ versus ea, quae praecedunt, melius excipit et metro magis congruit cum v. 800. Est hoc aliquid, sed tamen laborem

(belli) benevolum vocare Aeschyleum esse puto; qui bene perfecit, quod faciendum erat is post perfectum laborem sibi placet.

AESCH. Ag. 849 ὅτῳ δὲ καὶ δεῖ φαρμάκων παιωνίων ἤτοι κέαντες ἢ τεμόντες εὐφρόνως πειρασόμεσθα ´πῆμ᾽ ἀποστρέψαι νόσου. EUR. Hipp. 793 οὐ γάρ τί μ᾽ ὡς θεωρὸν ἀξιοῖ δόμος πύλας ἀνοίξας εὐφρόνως προσεννέπειν.

Cum adiectivis composita sunt:

ἀρτίφρων
βλοσυρόφρων
βυσσόφρων
δολιόφρων
κακόφρων
κελαινόφρων
κενόφρων
κοινόφρων
μελεόφρων
μονόφρων
οἰόφρων
ὀξύφρων
ὀρθόφρων
οὐλόφρων
παλαιόφρων
περισσόφρων
ποικιλόφρων
στερεόφρων
σώφρων
ὑψηλόφρων
φιλόφρων
ὠμόφρων

ἀρτίφρων vocatur is, cuius φρένες ἄρτιαι sunt (cf. Eur.

Troad. 417 οὐ γὰρ ἀρτίας ἔχεις φρένας). Vox ad mentem (rationem) non ad animum pertinet. Contra apud Homerum ἄρτια εἴδειν animum indicat. Semel apud Aeschylum, bis apud Euripidem.

1. absolute, *qui mente sana est.*

EUR. I. A. 877 μεμηνὼς ἄρα τυγχάνει πόσις; ἀρτίφρων πλὴν ἐς σὲ καὶ σὴν παῖδα· τοῦτο δ' οὐ φρονεῖ. Med. 293 χρὴ δ' οὔποθ' ὅστις ἀρτίφρων πέφυκ' ἀνήρ, παῖδας περισσῶς ἐκδιδάσκεσθαι σοφούς.

2. relative, *qui sana mente de certa quadam re iudicat.*

AESCH. S. c. Th. 778 ἐπεὶ δ' ἀρτίφρων ἐγένετο μέλεος ἀθλίων γάμων.

βλοσυρόφρων est, cuius φρὴν βλοσυρά *truculenta, torva* est. Adiectivum, quo Homerus ad vultum significandum utitur, Aeschylus adhibet ad indicandum, quo quis in aliquem animo sit. Vox semel legitur. Suppl. 833 βλοσυρόφρονα χλιδᾷ. . . . δύσφορα ναῒ κἀν γᾷ, ubi scholiasta adnotat: ἔστι δὲ παρὰ τὸ κύδεϊ γαίων (A 405) ὦ Πελασγέ, πρὸ ἡμῶν παράταξαι. Quos versus intellegere possumus, non interpretari; chorus enim Pelasgum orat, ut se defendat vi, quae βλοσυρόφρων vocatur, homines terrore afficiens, quae neque in mari neque in terra ferenda sit.

βυσσόφρων cf. Hom. Od. θ 273 κακὰ φρεσὶ βυσσοδομεύειν, ubi schol. P: κατὰ βάθος τῆς διανοίας βουλευόμενος. βυσσόφρων est, cuius φρὴν ἐν βυσσῷ κεῖται, *qui profunde cogitat*, numquam obliviscitur. Mens, ratio significatur. Semel apud Aeschylum. Choe. 652 τέκνον δ' ἐπεισφέρει δόμοις αἱμάτων παλαιτέρων τίνειν μύσος χρόνῳ κλυτὰ βυσσόφρων Ἐρινύς. Quaerendum est, utrum vocabulum τέκνον coniungendum sit genitivo αἱμάτων παλαιτέρων et interpretari debeamus „subolem sanguinis olim profusi", quod

dicere Aeschyleum est (cf. Ag. 758—769) an, et ita mihi videtur, nomine τέκνον **Orestes intellegendus sit**, qui chori cantico finito intrat. Cod. M τείνει pro τίνει exhibet, quod facile mutetur in τίνειν. Itaque Erinys dicitur filium domum misisse, ut maculam sanguinis olim profusi ulciscatur, Erinys, quae facinora numquam obliviscitur, vetustate nobilitata.

δολιόφρων est, cuius φρὴν δόλιος est, cuius mens *dolosa* est, qui fraudes (dolum) meditatur. Ad mentem pertinet. Vox semel apud Aeschylum, semel apud Euripidem invenitur.

AESCH. Choe. 947 ἔμολε δ' ᾧ (Aur. ᾇ) μέλει κρυπταδίου μάχας δολιόφρων Ποινά. Nomen Ποινά pertinere potest aut ad μέλει (ut saepe apud Homerum), aut ad ἔμολε, aut apponitur subiecto verbi finiti ἔμολε, quod admodum artificiosum est. Si ex. gr. comparabimus Soph. El. 475, ubi ἡ πρόμαντις Δίκα εἶσιν et v. 489 ἥξει . . . χαλκόπους 'Ερινύς, interpretatio altera nobis magis placebit. Sed cum Aurato ᾧ in ᾇ mutandum est. 'Η Ποινά humana specie induitur, nam Graeci non solum virtutes et vitia, sed etiam eorum causam ("Ατην) et quae iis eveniunt, specie humana induebant (cf. Gruppe Gr. M. 1079). EUR. I. A. 1300 Παλλὰς ἔμολε καὶ δολιόφρων Κύπρις "Ηρα θ' 'Ερμᾶς θ', ὁ Διὸς ἄγγελος.

κακόφρων est, cuius φρὴν κακή est. Opponitur vocabulo εὔφρων atque cum ad mentem tum ad animum pertinet. Vocem apud Aeschylum semel legimus (δύσφρων novies), apud Sophoclem semel (δύσφρων bis), apud Euripidem quinquies (δύσφρων ter). Κακόφρων vocatur:

1. *cuius mens prave consulit, prava consilia agitat, qui imprudens est.*

EUR. El. 481 τοιῶνδ' ἄνακτα ἔκανεν ἀνδρῶν, Τυνδαρίς, σὰ λέχεα, κακόφρων κούρα (corr. Murray). Heracl. 372 Εἰρήνα μὲν ἐμοί γ' ἀρέσκει, σὺ δ', ὦ κακόφρων ἄναξ, λέγω, εἰ πόλιν ἥξεις, οὐχ οὕτως ἃ δοκεῖς, κυρήσεις. Or. 824 τὸ δ'εὖ κακουργεῖν ἀσέβεια ποικίλα κακοφρόνων δ'ἀνδρῶν παράνοια, ubi mens, consilium significatur eius, qui malefacere vult. SOPH. Ant. 1104 ὅσον γ', ἄναξ, τάχιστα, συντέμνουσι γὰρ θεῶν ποδώκεις τοὺς κακόφρονας βλάβαι.

EUR. I. A. 391 ὤμοσαν τὸν Τυνδαρεῖον ὅρκον οἱ κακόφρονες φιλόγαμοι μνηστῆρες (Helenae Tyndareos filiae). Suppl. 744 ὑβρίζων τ'αὖθις ἀνταπώλετο Κάδμου κακόφρων λαός, ubi κακόφρων non is est, cui malefacere in animo est, quod apparet ex verbo ὑβρίζων, sed is, qui sanae mentis non est.

2. *qui inimicus, hostilis, malevolus est.*

AESCH. Ag. 100 παιὼν γίγνου τῆσδε μερίμνης ἣ νῦν τοτὲ μὲν κακόφρων τελέθει: ἡ μερίμνη vicibus personae fungens nunc ei, qui eam habet, inimica est, post autem, ut ἐλπίς benevola fit.

Adiectivum κακόφρων Aeschylus ad animum significandum, Sophocles et Euripides ad mentem significandam usurpant.

κελαινόφρων est, cuius animus κελαινός est, homo dolosus, versutus, homo animo tristi et recondito. Poetae inde ab Homero vocabula θυμός etc. cum adiectivis et verbis, quibus niger, ater significatur, coniungere amant, de qua re v. infra s. v. θυμός pag. 158. Κελαινόφρων semel apud Aeschylum legimus: Eum. 459 ἀλλά νιν κελαινόφρων μήτηρ κατέκτα. Animus (mores) a voce designatur ut latine niger et ater saepe in malam partem adhibentur, cf. Hor. Sat. I 4.85 hic niger est, hunc tu, Romane, caveto.

κ ε ν ό φ ρ ω ν est, cuius φρὴν κενή inanis est, *cuius mens consilio eget, is, qui imprudens est.* Semel apud Aesch. Prom. 762. Prometheus Iovi roganti, quis Iovem sceptro spoliaturus sit, respondet: πρὸς αὐτὸς αὑτοῦ κ ε ν ο φ ρ ό ν ω ν β ο υ λ ε υ μ ά τ ω ν. Consilia, humana specie induta, consilio egentia, amentia vocantur cf. Eur. I. A. 1139 ὁ ν ο ῦ ς ὅδ' αὐτὸς ν ο ῦ ν ἔχων οὐ τυγχάνει.

κ ο ι ν ό φ ρ ω ν est, cuius φρήν τινι κοινή est, *qui* communem animum cum aliquo habet, *alicui unanimus est.* Bis apud Euripidem: Io 577 ἐς τὰς 'Αθήνας στεῖχε κοινόφρων πατρί: Athenas cede patri unanimus. I. T. 1008 κοινόφρων δὲ σοὶ καὶ ζῆν θέλοιμ' ἂν καὶ θανὼν λαχεῖν ἴσον. Unanimus (Orestes Iph. dicit) tecum, idem sentiens ac tu, (nam postea de hac re inter se consulunt) vita frui velim et eodem modo mortem obire.

μ ε λ ε ό φ ρ ω ν est, cuius animus μέλεος est. Vox eandem fere notionem habet ac μέλεος, sed μελεόφ ρ ω ν dicitur, quod imprimis ἡ φρήν locus est, ubi affectus concipiuntur. Semel apud Euripidem I. T. 854 οἶδ', ὅτε φάσγανον δέρᾳ θῆκέ μοι μελεόφρων πατήρ. Cum adiectivo κοινόφρ. tum adi. μελεόφρ. animus significatur.

μ ο ν ό φ ρ ω ν est, cuius φρὴν μόνη est, cuius mens, ratio sola est, cum nemo ei assentiat. Semel apud Aeschylum: Ag. 747 δίχα δ' ἄλλων μονόφρων εἰμί: ratio mea a ceterorum ratione abhorret. Mens, ratio significatur.

ο ἰ ό φ ρ ω ν est, cuius animus solus est. Semel apud Aeschylum: Suppl. 795 πόθεν δέ μοι γένοιτ' ἂν . . . οἰόφρων πέτρα: unde expetam desertum scopulum? Scopulus a poeta

hominis instar praecordiis indutus in solitudine vitam degens fingitur (φρονεῖν est ubi significet vivere). Animus significatur.

ὀ ξ ύ φ ρ ω ν est, cuius φρὴν ὀξεῖα est, cuius mens sagax, ingenium acutum est. Semel apud Euripidem. Med. 641 Κύπρις ὀξύφρων κρίνοι λέχη γυναικῶν: acie mentis Venus taedas mulierum secernat. Mens significatur.

ὀ ρ θ ό φ ρ ω ν est, cuius φρὴν ὀρθή est; vox mea opinione eandem vim habet ac ἀρτίφρων. Semel apud Sophoclem. frgm. 973 N, ubi merum vocabulum legimus. Phot. lex., ex quo sumptum est, p. 346. 23 ὀρθόφρων· ἀνατεταμένος καὶ μετέωρος ταῖς φρεσίν. οὕτως Σοφοκλῆς. suspensus animi? Verisimile non est, si conferimus O. R. 528, de quo versu v. supra pag. 19 et ὀρθῶς, ὀρθὰ φρονεῖν, de quo v. infra pag. 86.

ο ὐ λ ό φ ρ ω ν est, cuius φρήν οὔλη, *perniciosa* est, cuius consilia perniciosa sunt. Semel apud Aeschylum. Suppl. 750 ο ὐ λ ό φ ρ ο ν ε ς δ' ἐκεῖνοι δολομήτιδες δ υ σ ά γ ν ο ι ς φ ρ ε σ ί ν (δουλόφρονες corr. Valckenaer; sed id de filiis superbis Aegypti dici non potest. δὲ καὶ δ. corr. H. Voss). In iunctione δυσάγνοις cum φρεσίν vocabulum φρένες proprii sensus vestigia servat. Finguntur enim αἱ φρένες maculatae, impurae vitiis. Nomine φρένες animus (mores) significatur, οὐλόφρων mens, consilium, id quod ἐν φρεσίν inest.

π α λ α ι ό φ ρ ω ν est, cuius φρὴν παλαιά est, qui φρένα habet similem animis hominum antiquorum, *qui antiquis moribus, vir iustus est.* Ter apud Aeschylum occurrit.

AESCH. Suppl. 593 γένους παλαιόφρων μέγας τέκτων τὸ πᾶν μῆχαρ, οὔριος Ζεύς. Eum. 838 = 871 ἐμὲ παλαιόφρονα κατά τε γᾶν οἰκεῖν ἀτίετον, φεῦ, μῦσος. Animus (mores) significatur.

π ε ρ ι σ σ ό φ ρ ω ν est, cuius mens περισσή est, *qui plus scit, quam scire debet.* Semel apud Aeschylum. Prom. 328 ἦ οὐκ οἶσθ' ἀκριβῶς ὢν περισσόφρων (nimis doctus) ὅτι . . . Fortasse in voce aliquid vituperationis inest, sed ex hoc uno loco id diiudicari non potest; περισσὰ φρονεῖν semper in malam partem adhibetur. Fieri potest ut Oceanus lacessitus, quod Prometheus eum rogavit, venissetne ad se deridendum subaspere respondeat. Mens significatur.

π ο ι κ ι λ ό φ ρ ω ν est, cuius mens ποικίλη varia est, *qui alias alia consilia init, ut res fert, callidus, versutus est.* Semel apud Euripidem. Hec. 131 ὁ ποικιλόφρων κόπις, ἡδυλόγος, δημοχαριστὴς Λαερτιάδης. Mens significatur.

σ τ ε ρ ε ό φ ρ ω ν est, cuius φρὴν στερεά est (cf. Plat. De Rep. 309 B στερεὸν ἦθος), *cuius animus durus est.* Semel apud Sophoclem. Ai. 926 ἔμελλες, τάλας, ἔμελλες χρόνῳ στερεόφρων ἄρ' ἐξανύσσειν κακὰν μοῖραν. Animus significatur.

σ ώ φ ρ ω ν vocatur, cuius φ ρ ὴ ν σῶς est, integra, salva, incolumis est. Σώφρων est, *qui res recte intellegit atque sentit.* Etiam aliqua ex parte homines recte intellegere atque sentire possunt, ex quo sequitur, ut vox σώφρων varie vertenda sit, nam modo mentem sanam significat, modo moderationem, modo continentiam. Quam notionem Socrates τῆς σ ω φ ρ ο σ ύ ν η ς mente tenuerit, coniectari potest ex Platonis dialogo, qui inscribitur Charmides. Iudicio Socratis virtus ea nihil est nisi animi sanitas quaedam, quae corporis sanitati respondeat (Charm. 154 E). Vocabulo σωφρ. plures virtutes continentur ut ἡ αἰδημοσύνη, ἡ κοσμιότης, ἡ εὐταξία, ἡ ἐγκράτεια, denique scientia sive ἡ φρόνησις. Quae cum origo temperantiae sit (nam ut omnes virtutes etiam

temperantiam scientia contineri Socrates voluit) haud raro nomine φρόνησις poetae τὴν σωφροσύνην indicant.

Ex iis, quae Charmides et Critias cum Socrate disputant, patet, quam sententiam de temperantia Athenienses saeculi V a. Ch. exeuntis animis informatam habuerint. Quam non multum abhorrere ab ea, quam poetae tragici vocabulo attribuerint apparebit, si ea, quae Charmides et Critias apud Platonem de ea virtute proferunt, conferemus cum versibus, ubi Aeschylus Sophocles Euripides vocem adhibent. Secundum illos σώφρων vocatur:

1 qui omnia lente et modeste agat,

2 qui pudicus, verecundus sit,

3 qui suas res agat,

4 qui sui ipsius cognitionem habeat, qui sciens utilia et honesta faciat,

et σωφροσύνη est;

5 in actionibus, quae ad bonum et utile referantur,

6 cognitio ceterarum artium omnium atque sui ipsius.

Ex quibus significationes sub 4 et 6 allatae referendae sunt ad vocis notionem primariam, quae *mentis sanitas, prudentia* est. Qua notione iam inde ab Homero usurpatur.

HOM. Φ 462 τὸν δ' αὖτε προσέειπεν ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων· ἐννοσίγαι', οὐκ ἄν με σαόφρονα μυθήσαιο ἔμμεναι, εἰ δὴ σοί γε βροτῶν ἕνεκα πτολεμίξω. ψ 30 Τηλέμαχος δ' ἄρα μιν πάλαι ᾔδεεν ἔνδον ἐόντα, ἀλλὰ σαοφροσύνῃσι νοήματα πατρὸς ἔκευθεν, ubi σαοφρ. vertendum est: prudentia, qua fit ut Telemachus consilia patris celet. Hac notione etiam Theogn. 431, 437, 487 occurrit.

σώφρων, adv. σωφρόνως, apud Aeschylum duodecies, apud Sophoclem decies, apud Euripidem sexies et sexagies reperitur. Saepe *mentis sanitas, prudentia* significatur.

AESCH. Eum. 136 τοῖς σώφροσιν γὰρ ἀντίκεντρα γίγνεται.

S. c. Th. 186 ἦ ταῦτ' ἄριστα καὶ πόλει σωτήρια βρέτη πεσούσας (mulieres) πρὸς πολισσούχων θεῶν αὔειν λακάζειν, σωφρόνων μισήματα; ubi οἱ σώφρονες moleste ferunt, quod mulieres nimis lamentantur. 568 ἕκτον λέγοιμ' ἂν ἄνδρα σωφρονέστατον 'Αμφιάρεω βίαν. 610 σώφρων δίκαιος ἀγαθὸς εὐσεβὴς ἀνήρ ('Αμφιάραος).

de verbis, precibus prudentibus: Ag. 351 γύναι, κατ' ἄνδρα σώφρον' εὐφρόνως λέγεις, ubi Clytaemestrae laudi est, quod ut vir sapienter loquitur, quamquam quae a femina postulantur ut σώφρων vocetur alia sunt, alia quae viro opus est. Suppl. 710 Εὐχὰς μὲν αἰνῶ τάσδε σώφρονας, φίλαι.

SOPH. El. 365 τῆς σῆς δ'οὐκ ἐρῶ τιμῆς τυχεῖν οὐδ' ἂν σύ, (Chrysothemis) σώφρων γ'οὖσα. Phil. 304 οὐκ ἐνθάδ' οἱ πλοῖ τοῖσι σώφροσιν βροτῶν. Trach. 435 τὸ γὰρ νοσοῦντι ληρεῖν ἀνδρὸς οὐχὶ σώφρονος. Qui σώφρων est parentibus oboedit, neque nimis multis verbis in eos utitur: frgm. 850 N ὅπου γὰρ οἱ φύσαντες ἥσσῶνται τέκνων, οὐκ ἔστιν αὕτη σωφρόνων ἀνδρῶν πόλις. frgm. 61 N ῥῆσις βραχεῖα τοῖς φρονοῦσι σώφρονα πρὸς τοὺς τεκόντας καὶ φυτεύσαντας πρέπει.

frgm. 810 N εἴθ' ἦσθα σώφρων ἔργα τοῖς λόγοις ἴσα. Adverbium σωφρόνως prudenter: Ai. 1075 οὔτ' ἂν στρατός γε σωφρόνως ἄρχοιτ' ἔτι, μηδὲν φόβου πρόβλημα μηδ' αἰδοῦς ἔχων.

EUR. frgm. 545 N πᾶσα γὰρ δούλη πέφυκεν ἀνδρὸς ἡ σώφρων γυνή, ἡ δὲ μὴ σώφρων ἀνοίᾳ τὸν ξυνόνθ' ὑπερφρονεῖ, ex voce ἀνοίᾳ adiectivo σώφρων opposita mentem sanam, prudentiam significari apparet. Med. 913 ἔγνως δὲ τὴν νικῶσαν, ἀλλὰ τῷ χρόνῳ, βουλήν· γυναικὸς ἔργα ταῦτα σώφρονος. Hi versus etiam a muliere dici potuerant; hic autem Iason stulte iis utitur, cum alloquitur feminam se multo superiorem, quasi esset puellula infans. Quibus verbis Medea minus offensa fuisset, si Iason eam adhuc amasset et ei bene voluisset, si eam repudiare non in animo habuisset. Nam

femina in omnibus rebus, etiam si viro superbo nupta est, marito parere debet. Eur. Troad. 655 sqq. alia inveniuntur. Med. 1369 Medeae roganti „num putas mulieri parvum malum esse, si maritus aliam feminam uxorem ducat", Iason respondet; ἥτις γε σώφρων· σοὶ δὲ πάντ' ἐστὶν κακά. frgm. 759 N χρὴ πειθὼ [δὲ] τοῖς μὲν σώφροσιν πολλὴν ἔχειν.

Cycl. 337 ὡς τοὐμπιεῖν γε κἀμφαγεῖν . . . Ζεὺς οὗτος (sc. venter) ἀνθρώποισι τοῖσι σώφροσιν, λυπεῖν δὲ μηδὲν αὑτόν. Secundum Cyclopem τῷ σώφρονι curandum est, ut edat, bibat, iucunde vivat. Or. 1509 πανταχοῦ ζῆν ἡδὺ μᾶλλον ἢ θανεῖν τοῖς σώφροσιν (verba sunt servi Orestem orantis, ne se interficiat).

Andr. 235 τί σεμνομυθεῖς κεἰς ἀγῶν' ἔρχῃ λόγων, ὡς δὴ σὺ σώφρων τἀμὰ δ'οὐχὶ σώφρονα; Troad. 645 ἃ γὰρ γυναιξὶ σώφρον' ἔσθ' ηὑρημένα, ταῦτ' ἐξεμόχθουν Ἕκτορος κατὰ στέγας. 422 σώφρονος δ' ἔσῃ λάτρις γυναικός sc. Penelopes, cuius epitheton proprium περίφρων est apud Homerum.

In viro sapienti aliquid mansuetudinis inesse oportet cum prudentia coniunctum. Bacch. 641 πρὸς σοφοῦ γὰρ ἀνδρὸς ἀσκεῖν σώφρον' εὐοργησίαν. Neque omnia credere eum oportet. Hel. 1617 σώφρονος δ' ἀπιστίας οὐκ ἔστιν οὐδὲν χρησιμώτερον βροτοῖς. Ὁ σώφρων, quod satis est, desiderat. Phoen. 554 ἐπεὶ τά γ' ἀρκοῦνθ' ἱκανὰ τοῖς γε σώφροσιν. Regnum non affectat. Hipp. 1013 Cur enim, Hippolytus patrem rogat, uxorem tuam mihi expetam? Sperans me domi tuae habitaturum? an ὡς τυραννεῖν ἡδύ; τοῖσι σώφροσιν ἥκιστα. frgm. 251 N κρείσσω γὰρ οὔτε δοῦλον οὔτ' ἐλεύθερον τρέφειν ἐν οἴκοις ἀσφαλὲς τοῖς σώφροσιν. Hyps. frgm. 19 (22) 10 H ἐν σώφροσιν. Hel. 1657 ἀλλ' ἴσχε μὲν σῆς συγγόνου μέλαν ξίφος, νόμιζε δ' αὐτὴν σωφρόνως (prudenter) πράσσειν τάδε.

de verbis: I. A. 1024 ὡς σώφρον' εἶπας· δραστέον δ' ἃ σοι δοκεῖ.

Alterius notionis cum apud Homerum tum apud Theognidem vestigia inveniuntur. Od. δ 158 ἀλλὰ σαόφρων ἐστί, νεμεσσᾶται δ' ἐνὶ θυμῷ ὧδ' ἐλθὼν τὸ πρῶτον ἐπεσβολίας ἀναφαίνειν ἄντα σέθεν, adhibetur de eo qui loquax esse veretur, ut ψ 30 de Telemacho, qui taciturnitate, quam ob causam σαοφροσύνῃσι (prudentia) praeditus vocatur, consilia patris celat. ψ 13 (θεοὶ) οἵ τε δύνανται ἄφρονα ποιῆσαι καὶ ἐπίφρονά περ μάλ' ἐόντα καί τε χαλιφρονέοντα σαοφροσύνης ἐπέβησαν. Opponitur ὁ σαόφρων τῷ χαλιφρονέοντι. Χαλίφρων autem apud Homerum bis reperitur, semel in voce aliquid vituperationis inest ut in νήπιος, cui coniuncta est, semel adiectivo νήπιος coniuncta pertinet ad παῖς et sine vituperatione dicta est. ψ 13 destitutum significare putarem, nisi versus antecederet, quo idem dicitur; itaque hic χαλιφρονέων cum vituperatione dictum opponitur τῷ σαόφρονι, ei, qui moderate agit. Ita apud Theognidem vox vim suam adepta est ex iis, quae opponuntur. Ter legitur. Theogn. 39 sqq:

Κύρνε, κύει πόλις ἥδε, δέδοικα δέ, μὴ τέκῃ ἄνδρα εὐθυντῆρα κακῆς ὕβριος ἡμετέρης. ἀστοὶ μὲν γὰρ ἔθ' οἵδε σαόφρονες, ἡγεμόνες δὲ τετράφαται πολλὴν ἐς κακότητα πεσεῖν. Οὐδεμίαν πω, Κύρν', ἀγαθοὶ πόλιν ὤλεσαν ἄνδρες, ἀλλ' ὅταν ὑβρίζειν τοῖσι κακοῖσιν ἅδῃ.

ubi κακότης miseriam significare non potest, nam ex iis, quae praecedunt et sequuntur τὴν κακότητα mores τῶν κακῶν, τῶν ὑβριζόντων designare et τὴν ὕβριν hic primum a Theognide τῇ σωφροσύνῃ opponi apparet; ὑβρίζει autem, qui animum suum non regit, qui affectus et cupiditates animi continere non potest.

Eandem vim ac ὕβρις nomen ἀτασθαλίη habet, quod vitium item a poeta virtuti eius, qui σώφρων vocatur, opponitur.

v. 753 sq. legimus:

ταῦτα μαθών, φίλ' ἑταῖρε, δικαίως χρήματα ποιοῦ σώφρονα θυμὸν ἔχων ἐκτὸς ἀτασθαλίης,

ubi θυμός persona fingitur, nam φρενί praeditus est. Ὁ θυμὸς σώφρων esse optime dicitur; nam is maxime cupiditatibus etc. afficitur.

v. 1138 ᾤχετο μὲν πίστις μεγάλη θεός, ᾤχετο δ' ἀνδρῶν σωφροσύνη, ad quem versum conferendus est Iuv. VI 19 paulatim deinde ad superos Astrea recessit hac (pudicitia) comite atque duae pariter fugere sorores.

Φρήν in hac altera notione adiectivi σώφρων animum, mores significare videtur. Ἡ σωφροσύνη partim est in actionibus, quae ad bonum et utile referuntur atque σώφρων vocatur is, qui sciens utilia et honesta facit, qui scit, quomodo pro tempore et pro re se gerere debeat. Tali viro filiam suam interficere non licebit. EUR. I. A. 1208 μὴ κτάνῃς τὴν σήν τε κἀμὴν παῖδα καὶ σώφρων ἔσῃ. De matre, quae maritum suum interfecerit iure atque lege poenae sumuntur, interficere eam τῷ σώφρονι non licebit. Or. 502 τὸ σῶφρον τ' ἔλαβεν ἀντὶ συμφορᾶς καὶ τοῦ νόμου τ' ἂν εἴχετ' εὐσεβής τ' ἂν ἦν: famam prudentiae sibi acquisivisset omissa calamitate. In quibus exemplis dilucet notio primaria vocis, nam patri filiam, filio matrem interficere non licere, id omnes homines, qui sanae mentis sunt, sciunt. Idem se deos vereri debere sciunt. EUR. Bacch. 504 Pentheo ministrisque eius Bacchus αὐδῶ, inquit, με μὴ δεῖν σωφρονῶν οὐ σώφροσιν, nam is deos veretur, Pentheus ministrique eius in Bacchum itaque in deos peccant. SOPH. Ai. 132 Minerva Ulixem calamitatem Aiacis aspicientem admonet, ne umquam verba superba in deos loquatur neve animos sumat: τοὺς δὲ σώφρονας θεοὶ φιλοῦσι καὶ στυγοῦσι τοὺς κακούς. Mores significari apparet, quod τοῖς σώφροσιν οἱ κακοί opponuntur. Ita res se habet etiam EUR. frgm. 571 N κἂν αὖ γένωνται

σώφρονες, κακὸν μέγα, λυποῦσι τὸν φύσαντα μὴ πάθωσί τι. et Hyps. 34, 116 H πειθὼ δὲ τοῖς μεν σώφροσιν πολλὴν ἔχειν, τοῖς μὴ δικαίοις δ'οὐδὲ συμβάλλειν χρεών.

Qui dominum suum non veretur mente sana caret. AESCH. Ag. 1664 σώφρονος γνώμης θ'ἁμαρτὼν τὸν κρατοῦντά <θ'ὑβρίσας.>

Qui scit, quomodo se gerere debeat, idem animo suo, si opus est, imperare potest. Σώφρων vocatur is, qui se continere potest in cupiditatibus, praesertim in amore, is, qui amoribus non concessis non indulget. (Exstat enim Amor etiam prudentium, qui homines prudentes reddit. EUR. frgm. 388 N ἀλλ'ἔστι δή τις ἄλλος ἐν βροτοῖς ἔρως ψυχῆς δικαίας σώφρονός τε κἀγαθῆς. καὶ χρῆν δὲ τοῖς βροτοῖσι τόνδ' εἶναι νόμον τῶν εὐσεβούντων οἵτινές τε σώφρονες ἐρᾶν. Κύπριν δὲ τὴν Διὸς χαίρειν ἐᾶν. 672 N ὁ δ'εἰς τὸ σῶφρον ἐπ' ἀρετήν τ'ἄγων Ἔρως ζηλωτὸς ἀνθρώποισιν· ὧν εἴην ἐγώ. conf. Rabe Mus. Rhen. 1908 pag. 148) Σώφρων proprium Hippolyti attributum est. Qui, tametsi etiam aliis virtutibus praeditus est, ut de se ipse praedicat Hipp. 996 sqq. se deos vereri, amicos colere, tamen id maxime gloriatur, quod animus suus omni amoris affectu careat; πάντων ἀνθρώπων σωφρονέστατος est. Hipp. 995.

Quo efficitur, ut adiectivum σώφρων saepe vertendum sit ***verecundus, pudicus.***

AESCH. Choe. 140 αὐτῇ τέ μοι δὸς σωφρονεστέραν πολὺ μητρὸς γενέσθαι χεῖρά τ' εὐσεβεστέραν. Electra patris manes orat, ut sibi det verecundiori quam mater fuerit, fieri. Adiectivum hic pudicum, verecundum significare puto, quod Electra se matri opponit, quae primum cum Aegistho adulterium commiserat, deinde maritum suum interfecerat. Inde χεῖρα εὐσεβεστέρα fieri cupit. Cum Schmidtio πολὺ in τρόπους mutare inutile videtur, quia morum notio iam adiectivo σώφρων

continetur, quo significatur is, cuius φρὴν σῶς est. Φρήν autem et χείρ saepius inter se opponuntur.

Neque Helenam σώφρονα fuisse dicunt. EUR. Andr. 594. 596 ὡς δὴ γυναῖκα σώφρον' ἐν δόμοις ἔχων πασῶν κακίστην. οὐδ' ἂν εἰ βούλοιτό τις σώφρων γένοιτο Σπαρτιατίδων κόρη. 601 κᾆτα θαυμάζειν χρεὼν εἰ μὴ γυναῖκας σώφρονας παιδεύετε; Hel. 932 Theonoam Theoclymeni, qui Helenam uxorem petit, sororem Helena obsecrat, ne fratri dicat Menelaum adesse. Cupit enim in Graeciam redire famamque malam abolere; nam Graeci κλύοντες εἰσιδόντες ὡς τέχναις θεῶν ὤλοντ' . . . πάλιν μ' ἀνάξουσ' εἰς τὸ σῶφρον αὖθις αὖ: me denuo in famam verecundiae restituent. 1684 ἴστον δ' ἀρίστης σωφρονεστάτης θ' ἅμα γεγῶτ' ἀδελφῆς (sc. Ἑλένης) ὁμογενοῦς ἀφ' αἵματος. Orest. 1132 εἰ μὲν γὰρ ἐς γυναῖκα σωφρονεστέραν (quam Helenam) ξίφος μεθεῖμεν δυσκλεὴς ἂν ἦν φόνος. Troad. 1027 ἣν (sc. Helenam) χρὴ ταπεινὴν ἐν πέπλων ἐρειπίοις ἐλθεῖν τὸ σῶφρον τῆς ἀναιδείας πλέον ἔχουσαν. Praeter locum Aeschyleum de Clytaemestra: EUR. Or. 558 ἡ σὴ δὲ θυγάτηρ — μητέρ' αἰδοῦμαι λέγειν — ἰδίοισιν ὑμεναίοισι κοὐχὶ σώφροσιν ἐς ἀνδρὸς ᾔει λέκτρα.

de Hermione: EUR. Andr. 346 πότερον ὡς κακὸν πόσιν φεύγει τὸ ταύτης σῶφρον;

de Phaedra: EUR. Hipp. 494 εἰ μὲν γὰρ ἦν σοι μὴ 'πὶ συμφοραῖς βίος τοιαῖσδε, σώφρων δ' οὖσ' ἐτύγχανες γυνή, οὐκ ἄν ποτ' εὐνῆς οὕνεχ' ἡδονῆς τε σῆς προσῆγον ἄν σε δεῦρο. 431 Chorus Phaedrae amorem confessae et mortem meditatae φεῦ φεῦ, inquit, τὸ σῶφρον ὡς ἁπανταχοῦ καλόν.

Universe de mulieribus: Bacch. 318 οὐχ ὁ Διόνυσος σωφρονεῖν ἀναγκάσει γυναῖκας ἐς τὴν Κύπριν . . . . καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν οὖσ' ἥ γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται. 940 ὅταν παρὰ λόγον σώφρονας βάκχας ἴδῃς. Hipp. 413 μισῶ δὲ καὶ τὰς σώφρονας μὲν ἐν λόγοις, λάθρᾳ δὲ τόλμας οὐ καλὰς κεκτη-

μένας. Andr. 235 πότερον ὡς κακὸν πόσιν φεύγει τὸ ταύτης σῶφρον; ἀλλὰ πεύσεται. Non solum in amoribus, universe totus habitus feminae in virorum consuetudine pudicus esse debet. Andr. 365 ἄγαν ἔλεξας ὡς γυνὴ πρὸς ἄρσενας καί σου τὸ σῶφρον ἐξετόξευσεν φρενός. Ad mores pertinere videtur etiam SOPH. frgm. 621 N οὔτοι γυναικὸς οὐδὲν ἂν μεῖζον κακὸν κακῆς ἀνὴρ κτήσαιτ' ἂν οὐδὲ σώφρονος κρεῖσσον. EUR. El. 1099 (fragmentum) [μικρὰ γὰρ] μεγάλων ἀμείνω σώφρον' ἐν δόμοις λέχη· frgm. 543 N συμφορὰν εἶναι λέγω ἁμαρτεῖν ἀλόχου ⟨τε⟩ κεδνῆς, ὡς μόνον τῶν χρημάτων γυνή 'στι κρεῖσσον ἀνδρί, σώφρον' ἣν λάβῃ.

Inter viros Hippolytus famam pudicitiae obtinet, pro qua morietur. Hipp. 358 οἱ σώφρονες γὰρ οὐχ ἑκόντες, ἀλλ' ὅμως κακῶν ἔρωσι. 949 σὺ δὴ θεοῖσιν ὡς περισσὸς ὢν ἀνὴρ ξύνει; σὺ σώφρων καὶ κακῶν ἀκήρατος; 995 εἰσορᾷς φάος τόδε καὶ γαῖαν· ἐν τοῖσδ' οὐκ ἔνεστ' ἀνὴρ ἐμοῦ, οὐδ' ἢν σὺ μὴ φῇς, σωφρονέστερος γεγώς. 1007 καὶ δὴ τὸ σῶφρον τοὐμὸν οὐ πείθει σ'· ἴτω. 1100 ὡς οὔποτ' ἄλλον ἄνδρα σωφρονέστερον ὄψεσθε, κεἰ μὴ ταῦτ' ἐμῷ δοκεῖ πατρί. Proteus quoque ab Euripide σωφρονέστατος βροτῶν vocatur. Hel. 47 Helena narrat, quomodo imago sua a Paride rapta sit, ipsa autem domum Protei in Aegyptum a Mercurio ducta πάντων προκρίνας (sc. Ζεύς) σωφρονέστατον βροτῶν, ἀκέραιον ὡς σώσαιμι Μενέλεῳ λέχος. Hyps. frgm. 34 (60) 51 H οἶδά σ' ὄ⟨ν⟩τα σώφρονα.

De oculo Amphiarai, quem Eurydicen fugere non oportet: frgm. Hyps. 34, 44 H σῶφρον γὰρ ὄμμα τοὐμὸν Ἑλλήνων λόγος.

Adverbium σωφρόνως pudenter, verecunde: EUR. Bacch. 686 ὁρῶ δὲ θιάσους τρεῖς γυναικείων χορῶν . . . αἳ δ' ἐν δρυὸς φύλλοισι πρὸς πέδῳ κάρα εἰκῇ βαλοῦσαι σωφρόνως, οὐχ ὡς σὺ φῂς ᾠνωμένας κρατῆρι καὶ λωτοῦ ψόφῳ θηρᾶν καθ' ὕλην Κύπριν ἠρημωμένας. I. A. 379 βούλομαί σ' εἰπεῖν κακῶς

εὖ, βραχέα, μὴ λίαν ἄνω βλέφαρα πρὸς τἀναιδὲς ἀγαγών, ἀλλὰ σωφρονεστέρως.

In Platonis Charmide duabus τῆς σωφροσύνης definitionibus reiectis Charmides narrat se quondam audivisse quendam dicentem σωφροσύνην esse eius, qui suas res agat (τὰ ἑαυτοῦ πράττειν) 161 B.

Cuius sententiae Socrates recte opinatur auctorem esse Critiam. Is particeps sermonis fit atque tandem contendit temperantiam in eo esse sitam, ut quis sui ipsius habeat cognitionem, sciens utilia et honesta faciat. 164 A.

Hoc autem Charmides quoque volebat. Notionem enim mente tenebat, sed verbis exprimere non potuit. Suas res agit, qui in vitae condicione, qua fruitur, quae facere debet, facit. Sic Hippolytus in omnibus rebus consulit, ut pudicitiam servet, agricola, cui nupta est Electra non solum timens, ne, si eam tetigerit, poenas Oresti det παρθένον οὐ θιγγάνει, sed etiam quod (Eur. El. 261) καὶ σώφρων ἔφυ, ergo quod agricola filiam eius, qui quondam rex, dominus suus fuerit, revereatur. De eodem viro El. 54: ὅστις δὲ μ'εἶναί φησι μῶρον, εἰ λαβὼν νέαν ἐς οἴκους παρθένον μὴ θιγγάνω, γνώμης πονηροῖς κανόσιν ἀναμετρούμενος τὸ σῶφρον ἴστω καὐτὸς αὖ τοιοῦτος ὤν. Ita Alcestis σώφρων vocatur, quod amore mariti mota omnia etiam mortem pro eo subire vult, cum se uxorem omnia pro marito facere debere sciat; quod Admetus tanto beneficio dignus non videtur, id nihil ad rem attinet. Neque Admetus neque Iason, qui neminem nisi semet ipsos amant, nobis tragoedias legentibus placet et ad sententiam refutandam, quam multi protulerunt, Euripidem mulieres odisse, hi duo tantum viros in memoriam nobis revocare sufficit, quibus opponuntur feminae duae, quarum altera scelera crudelia

commisit quidem, sed vitio mariti impulsa, altera sponte sua, quamvis vitam amet, mortem pro eo patitur, quam subire parentes longius aetate provecti pro filio negaverant. Sic Alcestis γυνὴ οὖσα, τὰ ἑαυτῆς ἔπραξεν. Alc. 182 σὲ δ' ἄλλη τις γυνὴ κεκτήσεται, σώφρων μὲν οὐκ ἂν μᾶλλον, εὐτυχὴς δ' ἴσως. 615 ἐσθλῆς γάρ, οὐδεὶς ἀντερεῖ, καὶ σώφρονος γυναικὸς ἡμάρτηκας.

Prima sententia, quam Charmides de voce σωφροσύνη proposuerat erat haec: „σώφρων is vocatur, *qui lente et prudenter agit*". Quamquam mox mutavit Charmides eam, cum vanam esse eam perspexisset, tamen ex fabulis, non solum Euripideis, sed etiam Aeschyleis, apparet vocem aetate poetarum tragicorun ita usurpatam esse.

AESCH. S. c. Th. 645 χρυσήλατον γὰρ ἄνδρα . . . . ἄγει γυνή τις σωφρόνως ἡγουμένη, ubi vocabulum mentem designare non potest, nam ex imagine in clipeo picta non spectatur, utrum aliquis mentis sanae sit necne. Sed ex vultu eius sereno eam prudentem esse patet. Transfertur adiectivum de personis ad res: EUR. Phoen. 177 ὡς ἀτρεμαῖα κέντρα καὶ σωφρόνα πώλοις μεταφέρων ἰθύνει. Opponitur τῷ σώφρονι ὁ θυμούμενος. Andr. 741 κἂν μὲν κολάζῃ τήνδε καὶ τὸ λοιπὸν ᾖ σώφρων καθ' ἡμᾶς σώφρον' ἀντιλήψεται, θυμούμενος δὲ τεύξεται θυμουμένων.

EUR. Heracl. 1007 οὔκουν σύ γ' ἂν λαβοῦσα τὰς ἐμὰς τύχας ἐχθροῦ λέοντος . . . βλαστήματα . . . σωφρόνως εἴασας οἰκεῖν Ἄργος: tu videlicet, si tu hic esses, catulos infesti leonis clementer (kalmpjes) Argum incolere sineres.

Denique *modestus* per enallagen de rebus: EUR. frgm. 893 N ἀρκεῖ μετρία βιοτά μοι σώφρονος τραπέζης.

adv. σωφρόνως, ***modeste.***

AESCH. Eum. 44 ἔχοντ' ἐλαίας δ' ὑψιγέννητον κλάδον λήνει μεγίστῳ σωφρόνως ἐστεμμένον.

EUR. Alc. 753 ἔπειτα δ'οὔτι σωφρόνως ἐδέξατο (Ἡρακλῆς) τὰ προστυχόντα ξένια συμφορὰν μαθών.

Phoen. 1112 ὁ μάντις Ἀμφιάραος οὐ σημεῖ' ἔχων ὑβρισμέν' ἀλλὰ σωφρόνως ἄσημ' ὅπλα.

Ex quibus omnibus sequitur, ut σώφρων vocetur is, qui est ut esse debet. Talis viri consuetudine omnes delectantur. EUR. frgm. 1046 N πολλοῦ γὰρ χρυσοῦ καὶ πλούτου κρεῖσσον παρὰ σώφρονι ναίειν (ex coniectura Schmidtii).

Σώφρων est, qui mente sana est, qui affectus et cupiditates animi continere potest. Adiectivum cum ad mentem, sed ad eam tantum, quatenus prudentia communis, non ratio, significatur, tum ad mores spectat, cf. Eur. Med. v. 549, ubi σοφός et σώφρων una leguntur: ἐν τῷδε δείξω πρῶτα μὲν σοφὸς γεγώς, ἔπειτα σώφρων, εἶτα σοὶ μέγας φίλος.

Qui σώφρων sit, eundem δίκαιον esse non necesse est, quamquam plerumque τῇ σωφροσύνῃ homines δίκαιοι fiunt. Sed vocabulum σώφρων nusquam eandem vim habet ac δίκαιος. Ex coniectura Hermanni legimus apud AESCH. Choe. 786 Ζεῦ . . . δὸς σώφρον' εὖ μαιομένοις (ἔχειν) mss. ἰδεῖν, quorum verborum in contextu sententia esse debet: nobis iustitiam invenire cupientibus. Locus tam graviter corruptus esse videtur, ut sanari non possit.

Σώφρων et δίκαιος coniuncta reperiuntur. Ita vocari summa laus est. AESCH. S. c. Th. 610 σώφρων, δίκαιος, ἀγαθὸς εὐσεβὴς ἀνήρ (Ἀμφριάραος).

SOPH. frgm. 622 N οὐ γάρ ποτ' ἂν γένοιτ' ἂν ἀσφαλὴς πόλις ἐν ᾗ τὰ μὲν δίκαια καὶ τὰ σώφρονα λάγδην πατεῖται.

EUR. frgm. 282, 25 N χὤστις ἡγεῖται πόλει κάλλιστα σώφρων καὶ δίκαιος ὢν ἀνήρ. frgm. 388 N ἀλλ' ἐστὶ δή τις ἄλλος ἐν βρότοις ἔρως, ψυχῆς δικαίας σώφρονός τε κἀγαθῆς.

Σώφρονες autem homines condicione nascendi fiunt eamque virtutem per vitam exercere debent cf.

Eur. Bacch. 315 sq. ἀλλ' ἐν τῇ φύσει τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν εἰς τὰ πάντ' ἀεί. Hipp. 80 ὅσοις διδακτὸν μηδέν, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει τὸ σωφρονεῖν εἴληχεν ἐς τὰ πάνθ' ὅμως, τούτοις δρέπεσθαι. Plato Phaed. p. 82 B τὴν δημοτικήν τε καὶ πολιτικὴν ἀρετὴν ἣν δὴ καλοῦσι σωφροσύνην τε καὶ δικαιοσύνην contendit ἐξ ἔθους τε καὶ μελέτης γεγονυῖαν ἄνευ φιλοσοφίας τε καὶ νοῦ. Itaque eam non tam scientia quam mentis quadam vi in moderandis affectibus et cupiditatibus animi contineri indicavit Symp. p. 196 C εἶναι γὰρ ὁμολογεῖται σωφροσύνη τὸ κρατεῖν ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν. Phaedr. p. 237 E Phaedo p. 68 C. De Rep. III p. 389 D. E. IV p. 430 C. D. E. p. 442 C. D.

Euripidem Platoni prorsus assentiri loci supra allati probant. Vox σώφρων paulatim sensum latiorem adepta est, ita ut apud Aeschylum sexies prudentem, semel pudicum (Choe.) adverbium bis prudenter, modeste, apud Sophoclem septies prudentem, semel continentem, semel fortasse pudicum significet in versu, ubi incertum est quid poeta voluerit, sed ubi certe mores indicantur. Apud Euripidem autem saepius pudicum (tricies semel) et continentem quam prudentem designat.

μετωποσώφρων est, quem *frons* σώφρονα *esse ostendit.* Semel apud Aeschylum: Suppl. 198 τὸ μὴ μάταιον δ' ἐκ μετωποσωφρόνων ἴτω προσώπων ὄμματος παρ' ἡσύχου: ex vultibus, frontibus serenis. Sententia Dindorfii, qui glossema e margine in textum irrepsisse putat, reicienda est, nam Aeschylum talia composita amasse satis notum est ex Ranis Aristophaneis.

ὑψηλόφρων est, cui φρὴν ὑψηλή est, *qui,* ut dicimus, „het hart hoog draagt," *superbus est.* Semel apud Euripidem.

I. A. 919 ὑψηλόφρων μοι θυμὸς αἴρεται πρόσω. Animus significatur.

φιλόφρων est, *cuius* φρήν *alicui amica est*, prona ad aliquem est. Semel apud Aeschylum, semel apud Euripidem, adverbium semel apud Sophoclem.

AESCH. Pers. 97 φιλόφρων γὰρ <παρα> σαίνουσα παράγει βροτὸν εἰς ἄρκυας Ἄτα: nam Error (dea Ἄτη φρενί praedita) se amicum esse simulans hominem in plagas suas illicit. EUR. I. T. 1061 γυναῖκές ἐσμεν, φιλόφρον ἀλλήλαις γένος, quia γένος plures homines complectitur φρένας habere dicitur.

SOPH. Ai. 751 Κάλχας . . . εἰς χεῖρα Τεύκρου δεξιὰν φιλοφρόνως θεὶς εἶπε. Animus significatur.

ὠμόφρων est, cuius φρὴν ὠμή est, *cuius animus crudus, crudelis, saevus est.* Adv. ὠμοφρόνως. Vocabulum ter ab Aeschylo, ter a Sophocle, quater ab Euripide usurpatur.

de animalibus: AESCH. Choe. 421 λύκος γὰρ ὥστ' ὠμόφρων ἄσαντος ἐκ ματρός ἐστι θυμός: nam animus (liberorum) implacabilis (οὐ σαίνων Hes.) culpa matris saevus est ut lupus. Duo animadvertenda sunt, τὸν θυμὸν ὠμόφρονα vocari (quoniam ὁ θυμός pro homine usurpatus φρεσίν praeditus dici potest) et lupum ὠμόφρονα, quamquam plerumque de animalibus adiectivum ὠμόθυμος adhibetur. EUR. Phoen. 658 ἔνθα φόνιος ἦν δράκων Ἄρεος ὠμόφρων φύλαξ, ubi adiectivum quidem ad custodem pertinet, nomen φύλαξ autem draconi apponitur.

de diis: AESCH. Pers. 911 ὡς ὠμοφρόνως (crudeliter) δαίμων ἐπέβη Περσῶν γενεᾷ. SOPH. Phil. 194 καὶ τὰ παθήματα κεῖνα πρὸς αὐτὸν τῆς ὠμόφρονος Χρύσης ἐπέβη. EUR. El. 1260 Ἁλιρρόθιον ὅτ' ἔκταν' ὠμόφρων Ἄρης.

de hominibus: EUR. El. 27 κτανεῖν σφε βουλεύσαντος ὠμόφρων ὅμως μήτηρ (Clytaemestra) νιν (Electram) ἐξέσωσεν Αἰγίσθου χερός. Hel. 506 ἢν μὲν ὠμόφρων τις ᾖ, κρύψας ἐμαυτὸν εἶμι πρὸς ναυάγια.

de rebus: Per metaphoram de ferro, quod φρεσίν praeditum fingitur. AESCH. S. c. Th. 730 ὠμόφρων σίδαρος crudus ensis.

Semper, ut adiectiva alia in -φρων desinentia vitium aut virtutem alicuius propriam indicant, vox ὠμόφρων vitium dei aut viri aut rei proprium significat. Bis autem adhibitum invenimus de viris, quibus non semper apponitur. SOPH. Ai. 931 τοιά μοι πάννυχα καὶ φαέθοντ' ἀνεστέναζες ὠμόφρων ἐχθοδόπ' Ἀτρείδαις οὐλίῳ σὺν πάθει. Trach. 975 σίγα, τέκνον, μὴ κινήσῃς ἀγρίαν ὀδύνην πατρὸς ὠμόφρονος. Neque Aiax, neque Hercules semper ὠμόφρων erat, sed morbus mentis illum, dolor corporis hunc ἐχόλωσεν, iratum fecerat. Animus significatur.

Cum substantivis composita sunt:

αἰδόφρων
ἀλκίφρων
ἀνδρόφρων
γυναικόφρων
κυνόφρων
ὀνειρόφρων
σιδη(α)ρόφρων.

αἰδόφρων est, cui αἰδώς ἐν φρενί est; (cf. Hom. Il. O. 661 αἰδῶ θέσθ' ἐνὶ θυμῷ) *cuius animus reverens, pius* est.

Vox semel apud Sophoclem, semel apud Euripidem invenitur. SOPH. O. C. 237 ὦ ξένοι αἰδόφρονες, ubi Jebbius interpretatur: *„as ye have* αἰδώς *for the Eumenides, so have* αἰδώς *for the suppliant."*

EUR. Alc. 659 οὐ μὴν ἐρεῖς γέ μ' ὡς ἀτιμάζοντα σὸν γῆρας θανεῖν προὔδωκας, ὅστις αἰδόφρων (pius) πρὸς σ' (patrem) ἦ μάλιστα. Animus significatur.

ἀ λ κ ί φ ρ ω ν est, cui ἀλκὴ ἐν φρενί est; (cf. Hom. Il. Γ 45. Π 157), robur ad resistendum habens, *animo forti*. Semel apud Aeschylum. Pers. 92 ἀπρόσοιστος γὰρ ὁ Περσῶν στρατὸς ἀλκίφρων τε λαός. Animus significatur.

ἀ ν δ ρ ό φ ρ ω ν est, quae eandem φρένα ac vir habet; de femina dicitur. Semel apud Sophoclem. frgm. 857 N κατ' ὀρφανὸν γὰρ οἶκον ἀνδρόφρων γυνή: in domo patre orbata femina virili animo, ubi in vocabulo aliquid laudis inesse opinor ut Eur. Or. 1204 ὦ τὰς φρένας μὲν ἄρσενας κεκτημένη. In adiectivis cum stirpe nominis ἀνήρ compositis laudem inesse necesse non est, plerumque tamen res ita est. Semper in bonam partem adhibetur nomen ἀνδρεία, quod ad eundem radicem pertinet (cf. latine virtus). Cum autem custos ille in tecto Agamemnonis positus de domina sua dicit Ag. v. 11 (ὧδε γὰρ κρατεῖ) γυναικὸς ἀνδρόβουλον (ἐλπίζον) κέαρ: animus mulieris virilia consilia moliens, vituperationem in adiectivo de femina adhibito inesse puto. Exstat praeterea ἀνδρόλημος (Hes. ἀνδρολήμην), ubi Hesychius adnotat: ἀνδρὸς ἔχουσαν λῆμα, de qua voce utrum in bonam an in malam partem dicatur diiudicari non potest, quoniam λῆμα et fortitudinem (cf. ἀνδρεία) et libidinem significare potest. Animus significatur.

γ υ ν α ι κ ό φ ρ ω ν est, qui eandem φρένα habet ac femina *mollis, ignavus est*. Semel apud Euripidem. frgm. 362, 34 N ἀλλ' ὦ τέκνον, μοι δὸς χέρ', ὡς θίγῃ πατήρ, καὶ χαῖρ'· ὑπ' αἰδοῦς δ' οὐ λίαν ἀσπάζομαι. γυναικόφρων γὰρ θυμὸς ἀνδρὸς

οὐ σοφοῦ. Quoniam res ita se habet, ut feminae molliores putentur quam viri, magis propensae ad dolorem, misericordiam ceterasque res, quae animos hominum movent (cf. mulier-mollis) viri autem ἡ ἀνδρεία propria est, adiectivum de viro cum vituperatione usurpatur. Plus vituperationis inest in adiectivo θηλύφρων; θήλεια φρήν Aegisthus vocatur apud Aeschylum Choe. 305. Etiam adiectivum γυναικόβουλος, quod semel apud Aesch. Choe. 626 occurrit, γυναικοβούλους τε μήτιδας φρενῶν: dolos, quales a femina (solum) excogitari possunt, vituperationis plenum est. Animus significatur.

κυνόφρων est, quae (mulierum enim proprium hoc vocabulum) eandem φρένα habet ac canis (cf. Hom. κυνῶπις, raro κυνωπής et κύων) *impudens* est. Semel apud Aeschylum Choe. 621 Νῖσον ἀθανάτας τριχὸς νοσφίσας ἀπροβούλως πνείονθ' ἁ κυνόφρων ὕπνῳ. Animus significatur.

ὀνειρόφρων est, *cuius* φρήν *intellegentiam, scientiam somniorum habet*, somniorum interpres est. Adiectivum mire compositum est, cum ei subiciatur et notio mentis, (rationis) et scientiae (per metonymiam φρήν dicta pro iis, quae insunt ἐν φρενί). Semel apud Euripidem. Hec. 709 τίς γάρ νιν ἔκτειν'; οἶσθ' ὀνειρόφρων φράσαι; quis enim eum interfecit? Habesne dicere, quae somnium tuum interpretari possis? Chorus Hecubam interrogat. Hic tantum Hecuba somnia interpretari potest, genus vitae illud non profitetur ut Calchas aliique. Mens significatur.

σιδηρόφρων est, cui ferrum ἐν φρενί est, cuius φρήν ferrea est; quoniam ferrum duritia insigne est *ferreus* vocatur *animus durus, firmus, constans*. Vox media est. Bis apud Aeschylum, semel apud Euripidem invenitur.

AESCH. S. c. Th. 52 de septem ducibus: σιδηρόφρων γὰρ θυμὸς ἀνδρείᾳ φλέγων, ubi ὁ θυμὸς sub persona hominis inducitur, cf. supra ὠμόφρων. Prom. 242 σιδηρόφρων τοι κἀκ πέτρας εἰργασμένος, ὅστις Προμηθεῦ, σοῖσιν οὐ συνασχαλᾷ μόχθοις. EUR. Phoen. 672 Chorus de viris armatis, qui terra nati alii alios interfecerunt: σιδαρόφρων δέ νιν (sc. πάνοπλον ὄψιν) φόνος πάλιν ξυνῆψε γᾷ φίλᾳ. Hic Euripides audacter τὸν Φόνον ut daemonem φρεσί praeditum induxit. Animus significatur.

Cum verborum radicibus composita sunt:

βλαψίφρων
δαιόφρων
θελξίφρων
ταλαίφρων
τελεσσίφρων

βλαψίφρων est is, *cuius menti nocetur, qui demens est.* Vox idem valet ac φρενοβλαβής. Semel apud Aeschylum. S. c. Th. 724 τελέσαι τὰς περιθύμους κατάρας Οἰδιπόδα βλαψίφρονος. Mens significatur.

δαΐφρων saepe apud Homerum reperitur; ubi significat *peritum, expertum.* Plerique viri docti vocabulum a stirpe verbi δαῆναι derivatum esse putant, veteres autem duas significationes statuerunt; sch. B L ad B 23, B H Q ad ο 519, sch. H V ad α 48 πολεμόφρονα, V δαὶς γὰρ ἡ μάχη. Semel apud poetas tragicos: Aesch. S. c. Th. 917 [αὐτοὺς] προπέμπει, δαϊκτὴρ γόος αὐτόστονος, αὐτοπήμων, δαΐφρων [δ'] οὐ φιλογαθής. ἐτύμως δακρυχέων ἐκ φρενός: eos emittit gemitus lacerans, sua mala gemens, sua mala habens .... laetitiae non amans. Vox coniuncta cum δαϊκτήρ usurpatur; δαϊκτήρ

cum stirpe verbi δαΐζειν, vulnerare, cohaeret, quod etiam de, dolore dicitur cf. Od. ν 320 φρεσὶν ἔχων δεδαϊγμένον ἦτορ, dolore, ut apparet ex v. 319. Itaque vertendum δαΐφρων *animum vulnerans*. Verum haec significatio in locum nostrum non quadrat. Nam bis idem diceretur quia δαϊκτήρ quoque a verbo δαΐζειν derivatum est, praeterea in contextum non conveniret; praecedit enim adiectivo φιλογαθής. Lectionem codicum emendaverat in δαϊόφρων Blomfieldus, quem plerique secuti sunt. Nam quamquam scholiastae consentiunt cum iis, qui vocabulum a verbo δαΐζειν derivant, tamen emendationem Blomf. in textum recipiendam esse puto, modo ne cum Blomfieldo vertamus luctificus, sed derivemus a δάϊος, quae vox apud tragicos nonnumquam valet miser, et φρήν. Itaque δαϊόφρων est, qui δάϊος est τὴν φρένα, cuius φρὴν δαΐα est, et vox referenda est ad ea cum vocabulo φρήν composita, quorum pars prior adiectivum est. Si ita vertimus, melius sentimus poetam τὸν γόον personae instar φρεσίν ornare. Animus significatur.

θελξίφρων τὴν φρένα θέλγων, *animum deleniens*. Semel apud Euripidem: Bacch. 404 ἱκοίμαν ποτὶ Κύπρον, νᾶσον τᾶς Ἀφροδίτας, ἵν' οἱ θελξίφρονες νέμονται θνατοῖσιν Ἔρωτες. Animus significatur.

ταλαίφρων cohaeret cum stirpe verbi τλῆναι. Ταλαίφρων est, cuius φρήν multa tulit, *qui* ipse *multa improspera tulit*. Itaque vox eandem significationem habet ac τάλας, quod iam temporibus Homericis miseri notionem habebat, ταλασίφρων autem ab Homero vir audax vocatur. Quater apud Sophoclem, semel apud Euripidem. SOPH. Ai. 903 ὦ ταλαίφρων γύναι. Ant. 39 τί δ', ὦ ταλαῖφρον, εἰ τάδ' ἐν τούτοις ἐγὼ

λύουσ' ἂν ἢ 'φάπτουσα προσθείμην πλέον; 876 ἄκλαυτος, ἄφιλος, ἀνυμέναιος ταλαίφρων ἄγομαι τάνδ' ἑτοίμαν ὁδόν. 866 οἵων ἐγώ ποθ' ἁ ταλαίφρων ἔφυν. EUR. Hel. 524 ταλαίφρων (Menelaus) ἄφιλος φίλων. Animus significatur.

τ ε λ ε σ σ ί φ ρ ω ν est, qui τὴν φρένα perficit. Cum vox φρήν non solum animum, mentem, sed etiam ea, quae sunt in animo, in mente, indicet, voluntatem, consilium, cogitationes, τελεσσίφρων vocatur is, *qui quae in animo, in mente habet perficit.* Semel apud Aeschylum: Ag. 700 'Ιλίῳ δὲ κῆδος ὀρθώνυμον τελεσσίφρων μῆνις ἤλασεν, Ilio advexit κῆδος, quod re vera κῆδος erat, Ira consilia sua perficiens. Animus significatur.

II. φ ρ ή ν in priore parte compositi.

Inveniuntur: φρενήρης, φρενοδαλής, φρενομανής, φρενομόρως, φρενοπληγής, φρενόπληκτος, φρενώλης.

φ ρ ε ν ή ρ η ς (ex φρήν et Α Ρ Ω) est *qui mente aptus est, qui compos mentis, prudens est.* Bis apud Euripidem. El. 1053 γυναῖκα γὰρ χρὴ πάντα συγχωρεῖν πόσει, ἥτις φρενήρης. Heracl. 150 οὐ γὰρ φρενήρη γ' ὄντα σ' ἐλπίζουσί που μόνον τοσαύτης ἣν ἐπῆλθον 'Ελλάδος τὰς τῶνδ' ἀβούλους συμφορὰς κατοικτιεῖν. Mens significatur.

φ ρ ε ν ο δ α λ ή ς est, qui τὴν φρένα δηλεῖται, *qui mentem alienat.* Bis apud Aeschylum. Eum. 330 = 342 τόδε μέλος παρακοπά, παραφορὰ φρενοδαλής, ὕμνος. Mens significatur.

φ ρ ε ν ο μ α ν ή ς est, qui τὴν φρένα μαίνεται, *qui insanus est.* Semel apud Aeschylum. Ag. 1140 φρενομανής τις εἶ, θεοφόρητος (Cassandra). Mens significatur.

φ ρ ε ν ο π λ η γ ή ς est, qui τὴν φρένα πλήσσει, *qui mentem alicuius alienat.* Semel apud Aeschylum. Prom. 878 ὑπό μ' αὖ σφάκελος καὶ φρενοπληγεῖς μανίαι θάλπουσ'. Mens significatur.

φ ρ ε ν ό π λ η κ τ ο ς est, *qui mente captus est.* (ex φρήν et πλήσσειν). Semel apud Aeschylum. Prom. 1054 τοιάδε μέντοι τῶν φρενοπλήκτων βουλεύματ' ἔπη τ'ἔστιν ἀκοῦσαι. Mens significatur.

φ ρ ε ν ώ λ η ς est, qui τὴν φρένα ἀπόλλυσι, *qui mentem perdit.* Semel apud Aeschylum. S. c. Th. 757 παράνοια συνᾶγε νυμφίους φρενώλης (Oedipum et Iocastam). Mens significatur.

Omnia ea adiectiva cum φρήν composita a stirpibus verborum derivata sunt. Unum autem exstat vocabulum, quod viri docti a φρήν et a substantivo derivatum esse volunt. Legimus apud Sophoclem Ai. 626 μάτηρ νιν (Aiacem) ὅταν νοσοῦντα φ ρ ε ν ο μ ό ρ ω ς ἀκούσῃ, quem locum Jebbius interpretatur: „*suffering from a calamity* (μόρος) *to the mind.*" Sed fortasse praestat dicere φρενομόρως compositum esse ex φρήν et ex stirpe verbi μείρομαι et locum sic interpretari: νοσοῦντα νόσον μειρομένην τῶν φρενῶν, τὰς φρένας afficientem, cf. schol. ad Ai. v. 626 φρενομόρως: ἀντὶ εἰς τὴν μοῖραν τῶν φρενῶν νοσοῦντα ὅ ἐστι φρενοβλαβῶς, μανικῶς. Mens significatur.

A d i e c t i v a i n -μος d e s i n e n t i a a s t i r p e n o m i n i s φρενός f o r m a t a c u m v e r b i s c o h a e r e n t. Apud poetas tragicos occurrunt:

φρόνιμος.

παραφρόνιμος.

φ ρ ό ν ι μ ο ς est is, qui φρονεῖ, *sapiens, prudens, mente sana*

est. SOPH. Ai. 259 καὶ νῦν φρόνιμος νέον ἄλγος ἔχει: et nunc, postquam resipiit, novo dolore afficitur. EUR. frgm. 52. 9 N τὸ φρόνιμον εὐγένεια καὶ τὸ συνετὸν ὁ θεὸς δίδωσιν, οὐχ ὁ πλοῦτος. Superlativus φρονιμώτατος. SOPH. El. 1058 τί τοὺς ἄνωθεν φρονιμωτάτους οἰώνους ἐσορώμενοι τροφᾶς κηδομένους . . . τάδ' οὐκ ἐπ' ἴσας τελοῦμεν;

παραφρόνιμος est, qui παραφρονεῖ, compos mentis non est, *insanus* est. SOPH. O. R. 690 ἴσθι δὲ παραφρόνιμον, ἄπορον ἐπὶ φρόνιμα πεφάνθαι μ' ἄν.

De Verbis cum stirpe Nominis φρενός cohaerentibus.

Leguntur φρενόω et φρονέω.

φρενόω, φρένας suppedito alicui, facio ut quis φρενῶν compos fiat, aliquem *prudentem, sapientem reddo, sanae mentis facio, doceo.*

AESCH. Prom. 335 πολλῷ γ' ἀμείνων τοὺς πέλας φρενοῦν ἔφυς ἢ σαυτόν. Ag. 1183 φρενώσω δ' οὐκέτ' ἐξ αἰνιγμάτων. Choe. 116 εὖ τοῦτο κἀφρένωσας οὐχ' ἥκιστά με. SOPH. Ant. 754 κλαίων φρενώσεις ὢν φρενῶν αὐτὸς κενός. Trach. 52 νῦν δ' εἰ δίκαιον τοὺς ἐλευθέρους φρενοῦν. EUR. Bacch. 792 οὐ μὴ φρενώσεις με. Io 526 οὐ φιλῶ φρενοῦν ἀμούσους καὶ μεμηνότας ξένους. Semper mens significatur.

φρονέω *mente quadam, animo quodam sum.* Φρονεῖν dicitur is, qui animo quodam est, qui animo quodam in aliquem est, cui aliquid in animo est, item de statu eius, qui mentis suae compos est, qui vivit; spectat ad facultatem sentiendi et cogitandi.

I Cum nomine φρένες saepe sedes affectuum indicetur, is φρονεῖ, cuius φρένες ad affectus accipiendos aptae sunt. Itaque φρονεῖν valet *sentire*. Semel apud Aeschylum, bis apud Sophoclem, semel apud Euripidem. Cum acc. obi. SOPH. Ai. 553 ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν ἥδιστος βίος, ἕως τὸ χαίρειν καὶ τὸ λυπεῖσθαι μάθῃς. 942 σοὶ μὲν δοκεῖν ταῦτ' ἔστ' ἐμοὶ δ' ἄγαν φρονεῖν.

εὖ φρονεῖν *hilarem esse* (bono animo esse, cf. welgemoed zijn, adi, εὔφρων v. supra pag. 44 sq. subst. εὐφροσύνη). AESCH. Choe. 774 ἀλλ' ἦ φρονεῖς εὖ τοῖσι νῦν ἠγγελμένοις. EUR. Io 518 ὦ τέκνον, χαῖρ'. . . χαίρομεν· σὺ δ' εὖ φρόνει γε, καὶ δύ' ὄντ' εὖ πράξομεν, quae Xutho respondens Io ludit in ambigua dictionis significatione, putans Xuthum sanae mentis non esse cf. v. 520. Nam εὖ φρονεῖν tria significare potest *hilarem esse*, alicui *bene velle*, *bene sapere*. Hic eandem vim habet ac χαίρειν, εὐφραίνεσθαι.

II *Mores* significantur verbo φρονεῖν quatenus is, qui sanae mentis est, scit, quomodo sibi agendum sit. Animus designatur. AESCH. Ag. 176 τὸν φρονεῖν βροτοὺς ὁδώσαντα, τῷ πάθει μάθος θέντα κυρίως ἔχειν. SOPH. Ant. 1348, 1353 πολλῷ τὸ φρονεῖν εὐδαιμονίας πρῶτον ὑπάρχει· χρὴ δὲ τά γ' εἰς θεοὺς μηδὲν ἀσεπτεῖν· μεγάλοι δὲ λόγοι μεγάλως πληγὰς τῶν ὑπεραύχων ἀποτείσαντες γήρᾳ τὸ φρονεῖν ἐδίδαξαν. Trach. 313 Deianira dicit se miserere sortis Iolae ὅσῳπερ καὶ φρονεῖν οἶδεν μόνη, quatenus sola scit, quomodo se (captivam) gerat.

Verbum φρονεῖν hac notione cum compluribus adverbiis itemque adiectivis, quae vocantur accusativis adverbialibus, coniungitur.

εὖ φρονεῖν. EUR. Andr. 330 ἔξωθέν εἰσιν οἱ δοκοῦντες εὖ φρονεῖν λαμπροί. Heracl. 370 ποῦ ταῦτα (sc. supplices rapere) καλῶς ἂν εἴη παρά γ' εὖ φρονοῦσιν; Herc. 272 οὐ γὰρ εὖ

φρονεῖ πόλις στάσει νοσοῦσα καὶ κακοῖς βουλεύμασιν. Suppl. 303 τἆλλ' εὖ φρονῶν γάρ, ἐν μόνῳ τούτῳ 'σφάλης (sc. quod deos non satis coluit Theseus, id enim τοῦ σώφρονος est). Or. 99 ὀψέ γε φρονεῖς εὖ, τότε λιποῦσ' αἰσχρῶς δόμους Electra Helenae dicit, quae se vultu intecto viris ostendere vereatur.

καλῶς φρονεῖν. SOPH. O. R. 600 οὐκ ἂν γένοιτο νοῦς κακὸς καλῶς φρονῶν. EUR. Hipp. 1318 πατὴρ μὲν οὖν σοι πόντιος φρονῶν καλῶς (quod promissis stetit) ἔδωχ' ὅσονπερ χρῆν, ἐπείπερ ᾔνεσεν.

αὐθάδη φρονεῖν. AESCH. Prom. 907 ἦ μὴν ἔτι Ζεύς, καίπερ αὐθάδη φρονῶν, ἔσται ταπεινός. Idem significat:

αὐτάρκη φρονεῖν *superbum, libidinosum se praebere* proprie ut αὐθάδη φρ. sibimet ipsi placentia cogitare atque secundum eas cogitationes agere, nulla ratione habita opinionum aliorum hominum. EUR. frgm. 29 N μήτε ξυνείην ὅστις αὐτάρκη φρονεῖν πέποιθε δούλους τοὺς φίλους ἡγούμενος.

γνήσια φρονεῖν cogitare *ut vir iusto matrimonio natus.* γνήσια φρονεῖ Hippolytus, qui, etsi γνήσιος non est, tamen animum, mores τοῦ γνησίου habet. EUR. Hipp. 309 νόθον φρονοῦντα γνήσι', οἶσθά νιν καλῶς, Ἱππόλυτον.

νέα φρονεῖν cogitare *ut adulescuntulus,* animum iuvenilem habere. De iuvene dictum sine vituperatione. AESCH. Pers. 782 Ξέρξης δ' ἐμὸς παῖς ὢν νέος νέα φρονεῖ.

θνητὰ φρονεῖν cogitare *ut homo.* Quoniam mortales ut homines cogitare decet τὸ θνητὰ φρονεῖν opponitur τῷ αὐθάδη, αὐτάρκη, περισσά, μεῖζον ἢ χρεών, ὑπέρφευ φρονεῖν. SOPH. Trach. 473 ἐπεί σε μανθάνω θνητὴν φρονοῦσαν θνητά. frgm. 531 N θνητὰ φρονεῖν χρὴ θνητὴν φύσιν. EUR. Alc. 797 ὄντας δὲ θνητοὺς θνητὰ καὶ φρονεῖν χρεών. Bacch. 396 τὸ σοφὸν δ' οὐ σοφία τό τε μὴ θνητὰ φρονεῖν. βραχὺς αἰών· frgm. 986 N πλούτῳ χλιδῶσα θνητὰ δὴ γύναι φρόνει. Eandem vim habet:

κ α τ' ἄ ν θ ρ ω π ο ν φρονεῖν et

ἀ ν θ ρ ώ π ο ι ς ἴ σ α φρονεῖν. AESCH. S. c. Th. 425 ὁ κόμπος γίγας Καπανεὺς οὐ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖ. SOPH. Ai. 761 ὅστις ἀνθρώπου φύσιν βλαστὼν ἔπειτα μὴ κατ' ἄνθρωπον φρονῇ. 777 ἐκτήσατ' ὀργὴν (Ἀθηνᾶς) οὐ κατ' ἄνθρωπον φρονῶν. frgm. 321 N καλὸν φρονεῖν τὸν θνητὸν ἀνθρώποις ἴσα.

δ ί κ α ι α, ἔ ν δ ι κ α φρονεῖν, cogitationes, *iustas* animum *iustum* habere, se *iustum* praestare. EUR. frgm. 425 N ὅστις γὰρ ἀστῶν πλέον ἔχειν πέφυκ' ἀνήρ, οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον. SOPH. frgm. 97 N ψυχὴ γὰρ εὔνους καὶ φρονοῦσα τοὔνδικον. EUR. frgm. 832 N ἦ Ζεὺς ὁ λῷστος μηδὲν ἔνδικον φρονεῖ. Opponitur:

ἄ δ ι κ α φρονεῖν. EUR. Hipp. 930 Omnes homines duas voces in se habere debebant ὡς ἡ φρονοῦσα τἄδικ' ἐξηλέγχετο πρὸς τῆς δικαίας.

ὅ σ ι α φρονεῖν cogitare, *quae* cogitare *fas est.* EUR. El. 1203 φρονεῖς γὰρ ὅσια νῦν, τότ' οὐ φρονοῦσα.

ὑ γ ι ὲ ς φρονεῖν cogitationes *sanas* habere. ὑγιὲς φρονεῖ, cuius φρὴν ὑγιής est. SOPH. Phil. 1006 ὦ μηδὲν ὑ γ ι ὲ ς μηδ' ἐ λ ε ύ θ ε ρ ο ν φρονῶν. ἐ λ ε ύ θ ε ρ ο ν φρονεῖ, qui φρονεῖ ut virum liberum decet. EUR. frgm. 493 N τὰ δ' εἰς γάμους οὐδὲν δοκοῦσιν ὑγιὲς ἀνδράσιν φρονεῖν. frgm. 824 N ὡς οὐδὲν ὑγιὲς φασὶ μητρυιὰς φρονεῖν νόθοισι παισίν.

σ ώ φ ρ ο ν α φρονεῖν = σωφρονεῖν. SOPH. frgm. 61 N ῥῆσις βραχεῖα τοῖς φρονοῦσι σώφρονα πρὸς τοὺς τεκόντας καὶ φυτεύσαντας πρέπει.

μ έ γ α φρονεῖν *cogitationes magnas* cogitare, *superbum esse, animos, spiritus sibi sumere, iactare se.* Semper fere inest vituperatio. Qua notione etiam verbum φ ρ ο ν ε ῖ ν nullo adiectivo aut adverbio addito legitur: Eur. Andr. 323 τοὺς δ' ὑπὸ ψευδῶν, ἔχειν (δόξαν) οὐκ ἀξιώσω, πλὴν τύχῃ φρονεῖν δοκεῖν.

Sine vituperatione occurrit: SOPH. O. R. 1078 φρονεῖ γὰρ ὡς γυνὴ μέγα. EUR. Herc. 475 τρεῖς δ' ὄντας ⟨ὑμᾶς⟩ τριπτύχοις τυραννίσι πατὴρ ἐπύργου μέγα φρονῶν ἐπ' ἀνδρίᾳ. Or. 808 ἁ τ' ἀρετὰ μέγα φρονοῦσ' ἀν' Ἑλλάδα . . . πάλιν ἀνῆλθεν.

Cum vituperatione: SOPH. Ai. 1088 πρόσθεν οὗτος ἦν αἴθων ὑβριστής, νῦν δ' ἐγὼ μέγ' αὖ φρονῶ. Menelaus de se ipse dicit; tamen inest vituperatio, quoniam v i t i o gloriatur. Ant. 479 οὐ γὰρ ἐκπέλει φρονεῖν μέγ' ὅστις δοῦλός ἐστι. EUR. Andr. 1008 δαίμων οὐκ ἐᾷ φρονεῖν μέγα. El. 1120 φρονεῖ μέγ'· ἐν γὰρ τοῖς ἐμοῖς ναίει δόμοις. Hipp. 6 σφάλλω δ' ὅσοι φρονοῦσιν εἰς ἡμᾶς μέγα. 445 ὃν δ' ἂν π ε ρ ι σ σ ὸ ν καὶ φρονοῦνθ' εὕρῃ μέγα (Venus) τοῦτον λαβοῦσα . . . . καθύβρισεν. I. T. 503 τί δὲ φθονεῖς τοῦτο; ἢ φρονεῖς οὕτω μέγα; Phoen. 41 ὁ δ' εἶρπ' ἄναυδος μέγα φρονῶν. frgm. 76 ὁρᾶτε τὸν τύραννον ὡς ἄπαις γέρων, φεύγει· φρονεῖν δὲ θνητὸν ὄντ' οὐ χρὴ μέγα. frgm. 140 N ὦ τλῆμον, ὡς σοὶ τὰς τύχας μὲν ἀσθενεῖς ἔδωχ' ὁ δαίμων, μέγα φρονοῦσι δ' οἱ λόγοι. frgm. 735 N ἀσύνετος ὅστις ἐν φόβῳ μὲν ἀσθενής, λαβὼν δὲ μικρὸν τῆς τύχης φρονεῖ μέγα.

μ ε ῖ ζ ο ν, μ ε ί ζ ω φρονεῖν. Semper cum vituperatione dictum. SOPH. Ant. 768 δράτω, φρονείτω μεῖζον ἢ κατ' ἄνδρ' ἰών. EUR. Andr. 700 φρονοῦσι δήμου μεῖζον ὄντες οὐδένες. Heracl. 933 ὅτ' ἐκ Μυκηνῶν ἔστειχε μείζω τῆς δίκης φρονῶν. 979 πρὸς ταῦτα τὴν θρασεῖαν ὅστις ἂν θέλῃ καὶ τὴν φρονοῦσαν μεῖζον ἢ γυναῖκα χρὴ λέξει. frgm. 293 N τίμη σ' ἐπαίρει τῶν πέλας μεῖζον φρονεῖν. frgm. 963 N μηδ' εὐτύχημα μηδὲν ὧδ' ἔστω μέγα, ὅ σ' ἐξεπαρεῖ μεῖζον ἢ χρεὼν φρονεῖν.

π ε ρ ι σ σ ό ν, π ε ρ ι σ σ ὰ φρονεῖν. EUR. Hipp. 445 vide supra vers. 11. frgm. 924 N τί περισσὰ φρονεῖς; εἰ μὴ μέλλεις σεμνύνεσθαι παρ' ὁμοίοις.

π λ έ ο ν, π λ ε ί ω φρονεῖν. EUR. frgm. 603 N διδάξαι δ' ὦ τέκνον, σε βούλομαι, ὅταν μὲν ἦς παῖς μὴ πλέον παιδὸς

φρονεῖν, ἐν παρθένοις δὲ παρθένου τρόπους ἔχειν. Heracl. 258 σκαιὸς πέφυκας τοῦ θεοῦ πλείω φρονῶν.

Idem ac περισσὸν φρονεῖν significat:

ὑ π έ ρ φ ε υ φρονεῖν. AESCH. Pers. 820 ὡς οὐχ ὑπέρφευ θνητὸν ὄντα χρὴ φρονεῖν.

μ ι κ ρ ὸ ν φρονεῖν *animum demittere, submissum, humilem esse.* Semel sine negatione: EUR. frgm. 957 μικρὸν φρονεῖν χρὴ τὸν κακῶς πεπραγότα. Cum negatione οὐ coniunctum etiam plus valet quam μέγα φρονεῖν atque plus vituperationis habet. SOPH. Ai. 1120 ὁ τοξότης ἔοικεν οὐ σμικρὸν φρονεῖν. EUR. Heracl. 386 ὁ γὰρ στρατηγὸς εὐτυχὴς τὰ πρὸς θεῶν εἶσιν, σάφ' οἶδα, καὶ μάλ' οὐ σμικρὸν φρονῶν, ἐς τὰς Ἀθήνας.

ἔ λ α σ σ ο ν φρονεῖν semel cum negatione coniunctum apud Euripidem: Phoen. 1128 ὁ δ' οὐκ ἔλασσον Ἄρεος ἐς μάχην φρονῶν: is Marte, quod ad bellum attinet, non minus magnanimus. Cum laude dictum.

Cum a c c. p r o n o m i n i s coniunctum verbum φρονεῖν invenitur: AESCH. S. c. Th. 550 εἰ γὰρ τύχοιεν ὧ ν φρονοῦσι πρὸς θεῶν αὐτοῖς ἐκείνοις ἀνοσίοις κομπάσμασιν. SOPH. O. R. 403 εἰ δὲ μὴ 'δόκεις γέρων εἶναι παθὼν ἔγνως ἂν ο ἷ ά περ φρονεῖς, quantopere superbias. EUR. Hec. 228 σοφόν τοι κἀν κακοῖς ἃ χρὴ φρονεῖν, Ulixes, qui venit, ut Polyxenam abduceret, Hecubae dicit admonens eam, ne voluntati Agamemnonis resistat.

Apud Aeschylum verbum φρονεῖν hac notione s e x i e s, apud Sophoclem d u o d e v i c i e s, apud Euripidem q u a d r a g i e s s e m e l occurrit.

III *Ad animi condicionem* verbum φρονεῖν etiam spectat, cum *voluntatem* erga aliquem sive *bonam* (Hom. φιλοφρονέων cf. adi. εὔφρων) sive *malam* (δύσφρων) indicat. Hac notione adverbium semper sibi asciscit.

εὖ φρονεῖν *bono, amico animo esse* in aliquem, *benevolum, amicum* esse alicui.

Absolute: AESCH. Ag. 271 εὖ γὰρ φρονοῦντος ὄμμα σοῦ κατηγορεῖ. SOPH. O. R. 1066 καὶ μὴν φρονοῦσά γ' εὖ τὰ λῷστά σοι λέγω. O. C. 1635 τελεῖν δ' ὅσ' ἂν μέλλῃς φρονῶν εὖ ξυμφέροντ' αὐταῖς ἀεί. EUR. Andr. 681 ταῦτ' εὖ φρονῶν σ' ἐπῆλθον οὐκ ὀργῆς χάριν. Phoen. 357 μῆτερ, φ ρ ο ν ῶ ν ε ὖ κ ο ὐ φ ρ ο ν ῶ ν ἀφικόμην ἐχθροὺς ἐς ἄνδρας, ubi verbum φρονεῖν semel animi, semel mentis condicionem designat; eodem modo: Hel. 1630, [ubi dativo personae, cui quis benevolus est, addito Theoclymenus servo dicenti φρονῶ γὰρ εὖ respondet οὐκ ἔμοιγε.

Cum dativo personae:

AESCH. Ag. 1436 Αἴγισθος ὡς τὸ πρόσθεν εὖ φρονῶν ἐμοί. SOPH. Ant. 1031 εὖ σοι φρονήσας εὖ λέγω. EUR. Alc. 210 οὐ γάρ τι πάντες εὖ φρονοῦσι κοιράνοις. Andr. 146 μὴ παῖς τᾶς Διὸς κόρας σοί μ' εὖ φρονοῦσαν εἰδῇ. Hel. 1630, de quo versu vide supra. I. A. 1190 οὐ τἄρ' ἀσυνέτους τοὺς θεοὺς ἡγοίμεθ' ἄν, εἰ τοῖσιν αὐθένταισιν εὖ φρονήσομεν; I. T. 353 οἱ δυστυχεῖς γὰρ τοῖσι δυστυχεστέροις αὐτοὶ κακῶς πράξαντες οὐ φρονοῦσιν εὖ. Med. 823 εἴπερ φρονεῖς εὖ δεσπόταις γυνή τ' ἔφυς. Rhes. 653 αἰεί ποτ' εὖ φρονοῦσα τυγχάνεις πόλει κἀμοί Alexander Minervae dicit Venerem imitatae. H i c u n u s est l o c u s, ubi φρονεῖν εὖ d e d e o (d e a) usurpatur.

Cum acc. graeco (respectus):

SOPH. Ai. 491 ἐπεὶ τὸ σὸν λέχος ξυνῆλθον εὖ φρονῶ τὰ σά.

κ α κ ῶ ς φ ρ ο ν ε ῖ ν *inimico, hostili animo esse* in aliquem.

Absolute: EUR. Or. 907 ὅταν γὰρ ἡδύς τις λόγοις φρονῶν κακῶς πείθῃ τὸ πλῆθος, τῇ πόλει κακὸν μέγα.

Cum dativo personae: EUR. Med. 464 καὶ γὰρ εἰ σύ με στυγεῖς οὐκ ἂν δυναίμην σοὶ κακῶς φρονεῖν ποτε.

Cum acc. adv. οἷα: SOPH. El. 334 εἰ σθένος λάβοιμι, δηλώσαιμ' ἂν οἷ' αὐτοῖς φρονῶ: quo animo in eos sim.

Cum acc. adv. ἅ: EUR. frgm. 707 N καλῶς ἔχοι μοι Τηλέφῳ δ' ἁγὼ φρονῶ.

Hac notione verbum apud Aeschylum b i s, apud Sophoclem q u i n q u i e s, apud Euripidem d u o d e c i e s invenitur.

IV. A n i m i f a c u l t a t e s significantur.

1. *in animo habere, alicui in animo esse, consilium inire, capere.*

Absolute: SOPH. O. R. 617 φρονεῖν γὰρ οἱ ταχεῖς οὐκ ἀσφαλεῖς, qui celeriter consilium capiunt non tuto agunt.

cum adv.: SOPH. Trach. 490 ἀλλ' ὧδε καὶ φρονοῦμεν ὥστε ταῦτα δρᾶν. EUR. Rhes. 147 πέμφ' ὡς τάχιστα· νῦν γὰρ ἀσφαλῶς φρονεῖς.

cum acc. adv.: SOPH. Ai. 594 μῶρά μοι δοκεῖς φρονεῖν εἰ τοὐμὸν ἦθος ἄρτι παιδεύειν νοεῖς. EUR. I. A. 1423 γενναῖα γὰρ φρονεῖς.

cum acc. obi.: EUR. Hipp. 523 τἄλλα δ' οἷ' ἐγὼ φρονῶ τοῖς ἔνδον ἡμῖν ἀρκέσει λέξαι φίλοις.

2. *velle, concupiscere.*

cum acc. obi.: AESCH. Ag. 221 τόθεν τὸ παντότολμον φρονεῖν μετέγνω. EUR. Troad. 946 τί δή φρονοῦσά γ' ἐκ δόμων ἅμ' ἑσπόμην ξένῳ, προδοῦσα πατρίδα καὶ δόμους ἐμούς; Phoen. 703 ἤκουσα μεῖζον αὐτὸν ἢ Θήβας φρονεῖν.

Animi facultates significans verbum apud Aeschylum s e m e l, apud Sophoclem t e r, apud Euripidem q u i n q u i e s invenitur.

V. *Mentis compotem esse.* Φρονεῖν dicitur is, quem ex actionibus et cogitationibus apparet mente praeditum esse. Opponitur τῷ μανῆναι, ubi dictum est de hominibus antea

sive interdum mente captis ut de Aiace, de Bacchis, de Hercule, tum dicitur de eo, qui dormit, mortuus est, infans est, de re, cui φρήν non est, itaque omnino sapere valet, denique facultatem ipsius νοῦ indicat. Absolute: SOPH. Ai. 82 φρονοῦντα γάρ νιν οὐκ ἂν ἐξέστην ὄκνῳ Ulixes respondet Minervae roganti μεμηνότ' ἄνδρα ὀκνεῖς ἰδεῖν; 273 ἡμᾶς δὲ τοὺς φρονοῦντας ἠνία (Aiax) ξυνών. 344 ἀνὴρ φρονεῖν ἔοικεν. EUR. Andr. 845 ἀλλ' εἴ σ' ἀφείην μὴ φρονοῦσαν, ὡς θάνῃς; Bacch. 853 ἔξω σ' ἐλαύνων τοῦ φρονεῖν ἐνδύσεται. 1123 ἡ δ' ἀφρὸν ἐξιεῖσα καὶ διαστρόφους κόρας ἑλίσσουσ' οὐ φρονοῦσ' ἃ χρὴ φρονεῖν ἐκ Βακχίου κατείχετ'· Herc. 1117 ὁρᾷς γὰρ αὐτός, εἰ φρονῶν ἤδη κυρεῖς. I. A. 877 μεμηνὼς ἄρα τυγχάνει πόσις: ἀρτίφρων πλὴν ἐς σὲ καὶ σὴν παῖδα· τοῦτο δ' οὐ φρονεῖ.

AESCH. Choe. 517 θανόντι δ' οὐ φρονοῦντι δειλαία χάρις ἐπέμπετ'. Quod dicitur de donis a Clytaemestra Agamemnoni missis. Si coniungimus θ. δ' οὐ φρ. voce οὐ φρ. idem fere dicitur ac verbo θανόντι. Wilamowitzius correxit θανόντι δυσφρονοῦντι, quod legere multo praestat, quamquam verbo δυσφρονεῖν Aeschylus usus non est. (cf. autem δυσφρόνων μηνίματα Choe. 278). Eum. 115 φρονήσατ', ὦ κατὰ χθονὸς θεαί (e somno expergiscimini). Choe. 753 τὸ μὴ φρονοῦν γὰρ ὡσπερεὶ βοτὸν τρέφειν ἀνάγκη. SOPH. Ai. 554 τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ κάρτ' ἀνώδυνον κακόν verba sunt Aiacis ad Eurysacem. Phil. 1259 κἂν τὰ λοίφ' οὕτως φρονῇς (add. adv. ita). EUR. frgm. 362.2 N βούλομαι δὲ σοὶ τέκνον, φρονεῖς γὰρ ἤδη ... ἣν θάνω παραινέσαι. Phoen. 1344 ὥστ' ἂν δακρῦσαί γ' (sc. δώματα) εἰ φρονοῦντ' ἐτύγχανεν.

AESCH. Suppl. 176 φρονεῖν χρή· ξὺν φρονοῦντι δ' ἥκετε πιστῷ γέροντι. 204 πάτερ, φρονούντως πρὸς φρονοῦντας ἐννέπεις. Prom. 385 ἐπεὶ κέρδιστον εὖ φρονοῦντα μὴ φρονεῖν δοκεῖν. Eum. 988 ἆρα φρονοῦσιν γλώσσης ἀγαθῆς ὁδὸν εὑρίσκει; SOPH. Ai. 416 ἀλλ' οὐκέτι μ' οὐκ ἔτ' ἀμπνοὰς ἔχοντα (sc.

Haec Berlage. Etiam Wilamowitzius Herakl. I p. 26 negat Euripidem philosophum secutum esse doctrinam Anaxagorae: *„als philosoph ist Euripides keineswegs ein anhänger des Anaxagoras, sondern gibt mit derselben zustimmung auch widersprechende lehren anderer wieder. das princip der homoeomerie kommt nicht vor, und der* νοῦς *steht nach ihm neben dem* σῶμα *in durchaus dualistischem sinne."*

Fuit igitur quod more philosophorum ἐκλεκτικός dicitur, nam ex singulis philosophiae scholis singulas sententias sumpserat. Immo omnino non fuit philosophus sed tantum philosophiae amans. Nam *„er hat die neue weisheitslehre welche in Athen von den zusammen strömenden gelehrten Ioniens teils verkündet, teils fortgebildet ward, mit vollen zügen in sich aufgenommen, und schon den zeitgenossen war das für ihn am meisten bezeichnend, dass er auch auf der Bühne sophist war :* σοφός *heisst er in spott und bewunderung."* Wil. ibid p. 22. Omnino non necesse est existimare eum discipulum fuisse philosophorum, qui tunc Athenis versabantur. Poterat enim doctrina Anaxagorea parvo pretio ex orchestra emi, ut scriptum legimus apud Platonem Apol. 26 D. Etiam ceterorum philosophorum, Heracliti, Xenophanis, Diogenis Apolloniensis, Pythagorae doctrinas aetate Euripidis in ea urbe pervulgatas fuisse verisimile est, neque mirum eas apud Euripidem, qui poeta tam multa animo secum agitabat, multum potuisse. Quo factum est, ut particulae

omnium illarum doctrinarum in fabulas eius influerent. Neque ipse imitator tantum fuit, sed nonnulla de se ipse addidit. Sermo ubique habebatur de doctrina Anaxagorea. Qua re poeta fortasse adductus est, ut se ipse rogaret, quis ille νοῦς esset, cuius etiam homines participes essent, qui animum eorum regeret, cui obtemperare deberent, ille νοῦς, quem etiam Anaxagoras summam omnium rerum haberet. Atque is, qui iam diu quaerebat quod pro antiquo Iove esset, τὸν νοῦν, qui in nobis omnibus inest, in locum eius succedentem fecit. Sic singulis hominibus singuli Ioves erant, nam singulis hominibus non idem bonum vel malum videtur; cf. Cycl. 336 sqq. Puto animos hominum aetate Euripidis similiter motos esse atque nostra, cuius status animorum causam esse Gomperzius dicit (Gr. Denker[2] II. pag. 9) „*das Erstarken der Reflexion.*" Verisimile est Euripidem, nisi fuisset aetate philosophorum, eam doctrinam non prolaturum fuisse. Sine dubio ei nota erat sententia Anaxagorae, qui philosophus (frgm. 7) contenderat ἐν παντὶ παντὸς μοῖρα ἔνεστι, ἔστιν οἷσιν καὶ νοῦς ἔνι, itemque Diogenis (apud Theophr. de sensib. 42) ὁ δ' ἐντὸς ἀὴρ μικρὸν μόριον ὢν τοῦ θεοῦ, et Xenophanis, qui teste Laert. Diog. 9. 19 πρῶτος ἀπεφήνατο ὅτι ἡ ψυχὴ πνεῦμα. Quae omnia mente tenebat. Quod attinet ad coniunctionem nominum γῆς ὄχημα Diels admonuit de loco Hippocr. περὶ φυσῶν 3 (ἀὴρ γῆς ὄχημα), quam orationem Maass Hermes XXXII pag. 566 Hippocrati abiudicavit sophistaeque cuidam attribuit atque dictam esse putavit eo tempore, quo Aristophanis Nubes Euripidisque Troades in scaenam producerentur (cf. etiam Diels Hermes XXVIII pag. 407 sqq.).

Itaque versus illi Euripidei (Troad. 884 sqq.) ὦ γῆς ὄχημα κἀπὶ γῆς ἔχων ἕδραν, ὅστις ποτ' εἶ σύ, δυστόπαστος εἰδέναι, Ζεύς, εἴτ' ἀνάγκη φύσεος, εἴτε νοῦς βροτῶν κ.τ.λ. mihi sic

vertendi esse videntur: O tu, qui terram fers, atque in terra sedes, Iuppiter, quisquis es cognitu difficilis (conferendus est locus Aesch. Ag. 160 sq.) sive Necessitas rerum sive Mens hominum etc. Primum igitur Iovem alloquitur ut aëra (aethera) tum ipse, quae dixit, emendare conatur addens: quisquis es etc., denique duas opiniones ponit, quarum prior nititur sententia multorum, qui rerum, quarum originem ignorant et ignorabunt, auctorem Necessitatem (Fatum!) putant, altera autem ipsius poetae est, qui Mentem hominum menti non disparem rerum creatricem ducit, quam mentem tanti aestimabat, ut personas in fabulis suis plura ingenio, quam robore perficientes faceret.

b. In iis, quae de mente dixit Euripides, eam partem aeris sive aetheris esse putans, potius quam Anaxagorae secutus est doctrinam Diogenis Apolloniensis. Qui non quattuor genera principiorum esse sumpserat, ut ex. gr. Empedocles, aut Mentem quandam ab omni concretione corporali diversam, ut Anaxagoras, sed principium omnium rerum aëra (aethera) habuerat, ut ante eum iam Anaximenes. Aer (aether) hominem, aer (aether) universum continet. Post mortem hominum mens in aërem (aethera) concedit. Quae fuit doctrina Euripidis, nobis significata versibus Hel. 1014 sq.: ὁ νοῦς τῶν κατθανόντων ζῇ μὲν οὔ, γνώμην δ' ἔχει ἀθάνατον εἰς ἀθάνατον αἰθέρ' ἐμπεσών. Ad hunc versum E. Rohde Psyche pag. 550 iure admonet de titulo C. I. A. I 442 αἰθὴρ μὲμ ψυχὰς ὑπεδέξατο σώματα δὲ χθών eorum, qui ad Potidaeam ceciderunt, idemque adnotat ibid. pag. 552:

„Im Tode wird nach der Trennung von den irdischen Elementen, der Geist, das Pneuma des Menschen, zwar nicht leben in der Weise, wie es in dem Sonderdasein des Einzelmenschen gelebt hat, aber es wird unsterbliches Bewusstsein behalten indem es in den unsterblichen Aether eingeht und

mit dem Alllebendigen und Allvernünftigen sich verschmilzt. Keiner der Physiologen denen die gleiche Vorstellung einer die persönliche Unsterblichkeit des Einzelnen ausschliessenden Unvergänglichkeit des im Menschen lebendigen Allgemeinen vorschwebte, hat seine Meinung so bestimmt ausgesprochen wie dieser philosophische Laie."

c. frgm. 1018 ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ἐστιν ἐν ἑκάστῳ θεός, ubi conferatur Plat. Tim. 90 τὸ δὲ δὴ περὶ τοῦ κυριωτάτου παρ' ἡμῖν ψυχῆς εἴδους διανοεῖσθαι δεῖ τῇδε, ὡς ἄρα αὐτὸ δαίμονα θεὸς ἑκάστῳ δέδωκε; ceterum sufficiet referre ad ea, quae supra (pag. 113) disserui, hisce tantum additis: Multi scriptores et philosophi neoplatonici doctrinam eam secuti sunt; apud Theophilum autem scriptorem Christianum, non iam ὁ νοῦς sed ἡ συνείδησις, conscientia, deus vocatur, ut apparet ex conspectu locorum, quem scriptum invenimus apud Nauckium TGF ad fragmentum supra allatum.

B omnia, quae in mente insunt ex. gr. consilium, voluntas, ratio, prudentia, cogitatio, ex quibus consilium et voluntas animi propria sunt, cetera autem mentis. Itaque nomine significantur:

VI *consilium, voluntas, animi sententia.* Hac notione nomen apud Aeschylum bis, apud Sophoclem quater legimus, nusquam apud Euripidem.

AESCH. Prom. 163 θέμενος ἄγναμπτον νόον. cf. Hom. Il. I 614 ἐπιγνάμπτει νόον; B 14. 31. 68 ἐπέγναμψεν γὰρ ἅπαντας; A 569 ἐπιγνάμψασα φίλον κῆρ, ad quem versum schol. BLV καταμαλάξασα; Ω 41 νόημα γναμπτὸν ἐνὶ στήθεσσιν: schol. BM εὐπειθές. Prom. 392 σῷζε τὸν παρόντα νοῦν. SOPH. Ant. 1229 ὦ τλῆμον, οἷον ἔργον εἴργασαι· τίνα νοῦν ἔσχες; frgm. 325 ὅστις δὲ τόλμῃ πρὸς τὸ δεινὸν ἔρχεται, ὀρθὴ μὲν ἡ γλῶσσ' ἐστίν, ἀσφαλὴς δ' ὁ νοῦς.

κατὰ νοῦν omnino non oppositum est τῷ παρὰ νοῦν, nam illic nomen usurpatum est voluntatem indicans, hic mentem. *Ex animi sententia.* SOPH. O. C. 1768 ἀλλ' εἰ τάδ' ἔχει κατὰ νοῦν κείνῳ. frgm. 278 N ἀλλ' ἴθι χαίρων καὶ πράξειας κατὰ νοῦν τὸν ἐμόν.

VII *prudentia, mens sana.*

Referendi sunt omnes fere loci, ubi quis νοῦν ἔχειν sive οὐκ ἔχειν, in aliquo νοῦς inesse, sive non inesse dicitur. Quia enim omnes mentis participes sunt, nomen cum verbis ἐνεῖναι et ἔχειν coniunctum translata notione adhibetur. Quod praesertim valet, ubi νοῦς οὐκ ἐνεῖναι, νοῦν οὐκ ἔχειν dici potest. Nemo enim id ipsum confirmat se mente praeditum esse, quod non vocatur in dubium.

EUR. Andr. 231 Andromache Hermionae, filiae Helenae, quae Oresti nupta est κακῶν, inquit, ματέρων φεύγειν τρόπους χρὴ τέκν', ὅσοις ἔνεστι νοῦς. 667 σοὶ δ' ἔνεστι νοῦς. frgm. 212 N εἰ νοῦς ἔνεστιν, εἰ δὲ μή τί δεῖ καλῆς γυναικός, εἰ μὴ τὰς φρένας χρηστὰς ἔχοι; ubi prudentia, sana mente opus esse feminae dicitur ut mores eius boni sint.

Soph. El. 1013 Chrysothemis Electrae αὐτὴ δέ, inquit, νοῦν σχές, ἀλλὰ τῷ χρόνῳ ποτέ, σθένουσα μηδὲν τοῖς κρατοῦσιν εἰκαθεῖν „tibi tandem aliquando sana constet mens, ut nihil valens potentibus cedas" et Chorus Chrysothemidi assentiens v. 1015: πείθου· προνοίας οὐδὲν ἀνθρώποις ἔφυ κέρδος λαβεῖν ἄμεινον οὐδὲ νοῦ σοφοῦ: monentem audi: hominibus nihil maiori quaestui est quam cura et mens prudens. V. 1013 nomine designatur id, quo homo afficitur, inde, quod mens eius ita se habet; prudentia ornatur, quod mens eius prudens est. Electra v. 1017 Chrysothemidi dicit se ea, quae responderit, non mirari atque sibi in animo esse solam facinus perficere. Tum Chrysothemis: v. 1021:

φεῦ. εἴθ' ὤφελες τοιάδε τὴν γνώμην πατρὸς θνῄσκοντος εἶναι· πᾶν γὰρ ἂν κατειργάσω· utinam tali mente fuisses patre moriente; omnia enim perpetravisses. Vocabulo γνώμη significatur mens, ratio sc. patris ulciscendi, quod ut faceret Electra sero sibi persuasit. Sed ut quis γνώμῃ aliquid faciat, tempore ei opus est; itaque suo iure Electra sorori v. 1023 ἀλλ', inquit, ἦ φύσιν γε, τὸν δὲ νοῦν ἥσσων τότε: natura quidem eadem fui (tunc) verum enimvero mente parum acris tunc. Tum Chrysothemis v. 1024 ἄσκει τοιαύτη νοῦν δι' αἰῶνος μένειν: id stude, ut tali mente (ut tunc eras, non ut nunc es) per totam vitam permaneas. At Electra, quae intellegit ex eo, quod Chrysothemis cupit sororem adhuc ἥσσω νοῦν esse, eam neque matris interficiendae consilium capere posse, neque secum facturam esse, sorori v. 1025 respondet: ὡς οὐχὶ συνδράσουσα νουθετεῖς τάδε. Cui iterum Chrysothemis v. 1026 εἰκὸς γὰρ ἐγχειροῦντα καὶ πράσσειν κακῶς: verisimile enim est male fore ei, quae (talia) audeat. Denique Electra v. 1027 ζηλῶ σε τοῦ νοῦ etc.: aemulor prudentiae tuae, menti sanae tuae, ignaviam autem tuam odi.

Quinquies igitur poeta vocabulo usus est, semel prudentiam significans v. 1013, bis mentem sanam v. 1015 et 1027, bis rationem, mentem acrem v. 1023 et 1024. El. 1465 τῷ γὰρ χρόνῳ νοῦν ἔσχον. Trach. 552 ἀλλ' οὐ γάρ, ὥσπερ εἶπον, ὀργαίνειν καλὸν γυναῖκα νοῦν ἔχουσαν. EUR. Andr. 944 χρὴ τούς γε νοῦν ἔχοντας, οἷς ἔστιν γυνή. I. A. 374 νοῦν χρὴ τὸν στρατηλάτην ἔχειν. frgm. 256 N μακάριος, ὅστις νοῦν ἔχων τιμᾷ θεόν. frgm. 934 N νοῦν ἔχοντος (ἦν ἄρα) φίλον πρίασθαι.

Alicui νοῦς abesse, aliquis νοῦν non habere dicitur: EUR. Hipp. 920 φρονεῖν διδάσκειν οἷσιν οὐκ ἔνεστι νοῦς, ubi facultas τοῦ νοῦ, eius, quod νοεῖ, transfertur ad id, quod in mente inest. frgm. 25 N νοῦς δ' εὖ φρονεῖν. frgm. 710 N νοῦς ἄρ' ἡμῖν οὐκ ἔνι, ubi Nauckius adnotat: ἡμῖν Γ, ὑμῖν *ceteri*

Aristophanis libri (versus enim petiti sunt ex schol. ad Aristoph. Ach. 555 sq.) *Neque clausula talis, qualis est* ὑμῖν οὐκ ἔνι *in tragico trimetro ferri potest neque Euripides usus est* ἡμίν *et* ὑμίν (*sive* ἧμιν *et* ὗμιν) *formis.* Ceterum vir doctissimus refert ad fragmentum 403.5 ἔσθ' ἡμῖν ὡς ἦν μόχθος ἰατροῖς μέγας, ad quod ipse dicit: *„non sufficere* ἔσθ' ἡμίν (*sive* ἧμιν) *scripturam ostendi Eurip. Stud.* I *p.* 80." Ultima pars versus, sicut in codd. legitur, pugnat cum lege Porsoniana; nam οὐκ ἐνί est creticus, praecedente spondaeo (ἡμῖν). Si autem vocabula οὐκ et ἡμῖν locum mutant, versus quod ad metrum attinet, sanus esse mihi videtur. Legendum est ἡ μ ῖ ν, non ὑμῖν. Nam etsi in cod. R Aristophanis ὑμῖν legitur, in Γ codice deteriore ἡμῖν, tamen hanc lectionem, quae sola vera esse videtur recipiendam esse puto, quoniam fieri potest, ut haec ex cod. V, qui ipse fabulam Acharnensium non servavit in cod. Γ emanaverit atque utrum huius (V) an illius (R) codicis auctoritas maior sit, difficile diiudicatu est. Bacch. 252 ἀναίνομαι πάτερ, τὸ γῆρας ὑμῶν εἰσορῶν νοῦν οὐκ ἔχον. 271 θράσει δὲ δυνατὸς καὶ λέγειν οἷός τ' ἀνὴρ κακὸς πολίτης γίγνεται νοῦν οὐκ ἔχων.

Eodem modo homo νοῦν κτᾶσθαι dicitur, alicuius νοῦς φροῦδος esse, alicui νοῦς γίγνεσθαι, aliquis νοῦ κενός esse. EUR. frgm. 909 N κἂν ἄμορφος ᾖ πόσις, χρὴ δοκεῖν εὔμορφον εἶναι τῇ γε νοῦν κεκτημένῃ. SOPH. Ai. 1256 εἰ μὴ νοῦν κατακτήσῃ τινά. frgm. 863 πάντ' ἐμπέφυκε τῷ μακρῷ γήρᾳ κακά, νοῦς φροῦδος, ἔργ' ἀχρεῖα, φροντίδες κεναί. Ai. 1264 εἴθ' ὑμῖν ἀμφοῖν νοῦς γένοιτο σωφρονεῖν. El. 403 adverbio mensuram indicanti addito: οὐ δῆτα· μή πω νοῦ τοσόνδ' εἴην κενή. O. C. 931 καί σ' ὁ πληθύων χρόνος γέρονθ' ὁμοῦ τίθησι καὶ τοῦ νοῦ κενόν. O. R. 550 εἴ τοι νομίζεις κτῆμα τὴν αὐθαδίαν εἶναί τι τοῦ νοῦ χωρίς, οὐκ ὀρθῶς φρονεῖς.

Νοῦν ἔχειν adiectivo mensuram indicanti addito legitur:

EUR. Hipp. 105 εὐδαιμονοίης νοῦν ἔχων ὅσον σε δεῖ. Andr. 252 λέγω σ' ἐγὼ νοῦν οὐκ ἔχειν ὅσον σε δεῖ, sed fortasse hic nomen primaria notione usurpatum est et significatur ὃ νοεῖ, quia ὁ νοῦς per corpus hominis diffusus non omnibus hominibus idem est. Sic etiam παρεῖναι dicitur: SOPH. O. C. 810 οὐ δῆθ' ὅτῳ γε νοῦς ἴσος καὶ σοὶ πάρα. Itaque νοῦν ἔχειν dicitur is, qui sanae mentis est, qui prudens est, νοῦν ἔχειν ergo sanum, prudentem esse valet, νοῦν οὐκ ἔχειν insanum esse. Qua ratione de re vocabulum adhibitum legimus Ant. 68 τὸ γὰρ περισσὰ πράσσειν οὐκ ἔχει νοῦν οὐδένα.

In omnibus exemplis enumeratis (exceptis versibus Electrae 1023, 1024, ubi alia adnotata sunt) nomen νοῦς mentem sanam, prudentiam, id quod nos „gezond verstand" vocamus, indicat. Mentem sanam, prudentiam significans apud Sophoclem nomen t e r d e c i e s, apud Euripidem q u i n q u i e s d e c i e s occurrit.

VIII *Ratio, cogitationes.*

SOPH. Ant. 1090 καὶ γνῷ τρέφειν τὴν γλῶσσαν ἡσυχωτέραν τόν νοῦν τ' ἀμείνω τῶν φρενῶν ἢ νῦν φέρει. El. 1023. 1024, de quibus versibus supra dictum est.

EUR. Io 251 οἴκοι δὲ τὸν νοῦν ἔσχον ἔνθαδ' οὖσά που. 1370 ἐκεῖσε τὸν νοῦν δούς, ὅθ' ἡ τεκοῦσά με κ.τ.λ.. Or. 1181 ἄκουε δὴ νῦν καὶ σὺ δεῦρο νοῦν ἔχε. Phoen. 360 ὃς δ' ἄλλως λέγει, λόγοισι χαίρει, τὸν δὲ νοῦν ἐκεῖσ' ἔχει. 1417 ἐσκύλευέ νιν τὸν νοῦν πρὸς αὐτὸν οὐκ ἔχων, ἐκεῖσε δέ.

Semel legimus παρὰ νοῦν. SOPH. Phil. 1195 οὔτοι νεμεσητὸν ἀλύοντα χειμερίῳ λύπᾳ καὶ παρὰ νοῦν θροεῖν. Cf. O. R. 550 τοῦ νοῦ χωρίς. Παρά ut χωρίς i u x t a indicat; quod iuxta bonum est, non est bonum, sed malum; quod παρὰ δίκην est, ἄδικον est. Sic παρὰ νοῦν: παράνους, demens; παρὰ νοῦν θροεῖν deliramenta loqui.

Restat ut pauca dicamus de versu Euripideo, qui exstat apud Nauckium: frgm. 964. 2 ἐγὼ ... εἰς φροντίδας νοῦν συμφοράς τ' ἐβαλλόμην, quem versum, sumptum ex Plut. consol. ad Apollon. 21 p. 112 D et Galen. vol. 5 pag. 418, Duebner εἰς φροντίδ' ἀεὶ συμφορὰς ἐβαλλόμην, alii alio modo emendare conati sunt. Cic. Tusc. 3. 14. 29 versum sic vertit: futuras mecum commentabar miserias. Si νοῦν εἴς τι βάλλεσθαι Ciceronis commentari est, versus mihi sanus videtur.

Cogitationes, rationem significans nomen apud Sophoclem quater, apud Euripidem sexies legitur.

IX *Intellegentia, perspicientia.*

Semel apud Sophoclem: O. R. 1347 δείλαιε τοῦ νοῦ τῆς τε συμφορᾶς ἴσον, ὡς ἠθέλησα μηδέ σ' ἂν γνῶναί ποτε, ad quem versum scholiasta adnotat: συνέσεως. Tu, qui miser vocandus es, propterea quod miseriam tuam bene intellegis, itemque propter miseriam tuam, utinam numquam te cognovissem.

De Adiectivis cum Substantivo νοῦς compositis.

Adiectiva cum substantivo νοῦς composita desinunt in -νους. Cum praepositionibus formantur:

ἔννους
πρόνους

ἔννους, quod adiectivum semel apud singulos poetas tragicos invenitur, vocatur *is, in quo* νοῦς *inest.* Eum autem in nobis omnibus inesse supra iam dictum est. Sed fuit tempus, cum homines eo carebant. Prometheus iis νοῦν attribuit: AESCH. Prom. 444 τἀν βροτοῖς δὲ πήματα ἀκούσαθ', ὥς σφᾶς νηπίους ὄντας τὸ πρὶν ἔννους ἔθηκα καὶ φρενῶν ἐπηβόλους. Fieri potest ut νοῦς hominem paulisper deserat: EUR. Bacch.

1270 γίγνομαι δέ πως ἔννους μετασταθεῖσα τῶν πάρος φρενῶν. ubi αἱ πάρος φρένες spectant ad tempus, quo amens erat, quae amentia molli nomine ita vocatur. Sic etiam opponitur ὁ ἔννους ἀνήρ ei, qui ratione sua non utitur, ut Oedipodi: SOPH. O. R. 916 οὐδ' ὁποῖ' ἀνὴρ ἔννους τὰ καινὰ τοῖς πάλαι τεκμαίρεται, ἀλλ' ἐστὶ τοῦ λέγοντος, ἢν φόβους λέγῃ. In adiectivo composito ἔννους nomen νοῦς pristinam notionem servat.

π ρ ό ν ο υ ς vocatur is, cuius νοῦς πρό est, cuius mens prae est, *qui praemeditatur futura.* In voce aliquid laudis inest, ut apparet ex Herod. III 36, ubi Croesus Cambysae: ὦ βασιλεῦ, inquit, μ ὴ πάντα ἡλικίῃ καὶ θ υ μ ῷ ἐ π ί τ ρ α π ε. ἀλλ' ἴσχε καὶ καταλάμβανε σεωυτόν. ἀ γ α θ ό ν τ ι πρόνοον εἶναι, σ ο φ ὸ ν δὲ ἡ π ρ ο μ η θ ε ί η. Semel apud Aeschylum, comparativus semel apud Sophoclem.

AESCH. Suppl. 967 πέμψον δὲ π ρ ό φ ρ ω ν δεῦρ' ἡμέτερον πατέρ' εὐθαρσῆ, Δαναὸν π ρ ό ν ο ο ν καὶ βούλαρχον. Πρόφρων dicitur, qui cui b e n e v o l u s est, πρόνοος autem, qui res ante meditatur, qui p r u d e n s est. SOPH. Ai. 119 τούτου τίς ἂν σοι ἀνδρὸς ἢ προνούστερος, ἢ δρᾶν ἀμείνων ηὑρέθη τὰ καίρια; cf. Il. H 288, Αἶας, ἐπεί τοι δῶκε θεὸς μέγεθός τε βίην τε καὶ πινυτήν.

C u m p r a e f i x i s ἀ- e t δυσ- c o m p o s i t a u s u r p a n t u r:

ἄνους
δύσνους

ἄ ν ο υ ς appellatur, in quo νοῦς non inest; qui quoniam in omnibus hominibus inest nomen in hac compositione translatam notionem asciscit. Cum infantibus vitio non vertatur quod ratione, mente carent, sine vituperatione ἄνοι vocantur;

cum autem de viris adultis sive de senibus vox usurpatur, inest vituperatio. Semel apud Aeschylum, quinquies apud Sophoclem.

1. *imprudens.*

AESCH. Prom. 988 Mercurio „vituperas me ut puerum" dicenti, Prometheus respondet: οὐ γὰρ σὺ παῖς τε κἄτι τοῦδ' ἀνούστερος, εἰ προσδοκᾷς ἐμοῦ τι πεύσεσθαι πάρα; SOPH. Ant. 562 τὴν μὲν ἀρτίως ἄνουν πεφάνθαι, τὴνδ' ἀφ' οὗ τὰ πρῶτ' ἔφυ. 99 ἴσθ' ὅτι ἄνους μὲν ἔρχῃ, τοῖς φίλοις δ' ὀρθῶς φίλη.

2. *stultus, stolidus.*

SOPH. Ai. 763 κεῖνος (sc. Aiax) δ'ἀπ' οἴκων εὐθὺς ἐξορμώμενος ἄνους καλῶς λέγοντος ηὑρέθη πατρός. Ant. 281 μὴ 'φευρεθῇς ἄνους τε καὶ γέρων ἅμα. frgm. 530 N ἄνους ἐκεῖνος· (Tereus) αἱ δ' ἀνουστέρως ἔτι (Cobetus V. L. p. 156; mss. ἀνούστερ' ἔτι) ἐκεῖνον ἠμύναντο καρτερόν.

δύσνους est, cuius νοῦς in alios non est, ut esse debet; adiectivum, in quo nomen νοῦς translata notione adhibetur, indicat eum, cuius cogitationes pravae (δυσ) sunt, dativo addito cuius cogitationes in aliquem pravae sunt. Adiectivum eandem vim habet ac δύσφρων, δυσμενής. Significatur *inimicus, hostilis.* Semel apud Sophoclem, semel apud Euripidem. SOPH. Ant. 212 τὸν τῇδε δύσνουν καὶ τὸν εὐμενῆ πόλει. EUR. I. T. 350 δύσνουν με λήψεσθ' οἵτινές ποθ' ἥκετε.

Ope adverbii εὖ formatur:

εὔνους.

εὔνους est, cuius νοῦς εὖ ἔχει. Opponitur ei, qui δύσνους est, ut ὁ εὔφρων τῷ δύσφρονι. Vox cum absolute (raro) tum relative usurpatur, addito dativo commodi, qui dativus

etiam cum absolute vox adhibita esse videtur, saepe subintellegendus est. Εὔνους τινί est, cuius νοῦς εὖ ἔχει in aliquem, itaque, cuius cogitationes in aliquem bonae sunt, qui εὖ νοεῖ τινι, alicui *benevolus, amicus* est. Semel apud Aeschylum, undecies apud Sophoclem, duodecies apud Euripidem invenitur.

Adiectivum attribuitur:

diis, sed multo rarius quam εὔφρων; additur dativus. EUR. Hel. 881 Ἥρα μέν, ἥ σοι δυσμενὴς πάροιθεν ἦν νῦν ἐστιν εὔνους κὰς πάτραν σῶσαι θέλει.

hominibus:

1. dativo addito: AESCH. Pers. 226 ἀλλὰ μὴν εὔνους γ' ὁ πρῶτος τῶνδ' ἐνυπνίων κριτὴς παιδὶ καὶ δόμοις ἐκύρωσας φάτιν. SOPH. Ant. 209 ἀλλ' ὅστις εὔνους τῇδε τῇ πόλει, θανὼν καὶ ζῶν ὁμοίως ἐξ ἐμοῦ τιμήσεται. Phil. 1351 πῶς ἀπιστήσω λόγοις τοῖς τοῦδ' ὃς εὔνους ὢν ἐμοὶ παρῄνεσεν; EUR. Andr. 61 εὔνους δὲ καὶ σοὶ ζῶντί τ' ἦ τῷ σῷ πόσει, ancilla Andromachae dicit; itaque femina humilior potentiori. Hel. 481 εὔνους γάρ εἰμ' Ἕλλησι. Heracl. 1032 καὶ σοὶ μὲν εὔνους καὶ πόλει σωτήριος, μέτοικος αἰεὶ κείσομαι κατὰ χθονός. Herc. 58 ἧς (sc. ἀτυχίας) μήποθ' ὅστις καὶ μέσως εὔνους ἐμοὶ τύχοι, φίλων ἔλεγχον ἀψευδέστατον, ubi εὔνους non benevolus, sed amicus; non enim benevolo sibi viro sed amico, i. e. amico suo Amphithryo sperat fore ut numquam ipse miser experiatur spem amicitiae fallacem esse. I. A. 867 οἶσθα δῆτ' ἔμ' ὅστις ὢν σοὶ καὶ τέκνοις εὔνους ἔφυν; 871 καὶ σοὶ μὲν εὔνους εἰμί, σῷ δ' ἧσσον πόσει. frgm. 412 N sumptum ex Plut. de adulat. et amico 22 p. 63 A: οὐδεὶς γὰρ ἔστι ῥαδίως πλούσιος οὐδὲ βασιλεὺς οἷος εἰπεῖν, ἐ μ ο ὶ γ ὰ ρ ε ἴ η π τ ω χ ό ς, ε ἰ δ ὲ β ο ύ λ ε τ α ι π τ ω χ ο ῦ κ α κ ί ω ν, ὅ σ τ ι ς ὢ ν ε ὔ- ν ο υ ς ἐ μ ο ὶ φ ό β ο ν π α ρ ε λ θ ὼ ν τ ἀ π ὸ κ α ρ δ ί α ς ἐ ρ ε ῖ.

2. dativus subintellegendus est: SOPH. O. R. 1003 τί δῆτ'

ἐγὼ οὐχὶ τοῦδε τοῦ φόβου σ' ἄναξ, ἐπείπερ εὔνους ἦλθον, ἐξελυσάμην; (de viro tenuiore erga principem). Ubi nos vocem reddimus, *als vriend, met vriendschappelijke bedoelingen.* EUR. Alc. 511 χαῖρε, ..θέλοιμ' ἄν· εὔνουν δ' ὄντα σ' ἐξεπίσταμαι: scio te amicum esse. Hel. 1388 καὶ σὲ προσποιούμεθα εὔνουν κρατεῖν τε στόματος, ἣν δυνώμεθα σωθέντες αὐτοὶ καὶ σὲ συνσῶσαί ποτε. Hipp. 698 ἔθρεψά σ'εὔνους τ' εἰμί. Io 732 ἐς ὄμματ' εὔνου φῶτος ἐμβλέψαι γλυκύ. 1336 λέγοις ἄν· εὔνους δ' οὖσ' ἐρεῖς ὅσ' ἂν λέγῃς.

τὸ εὔνουν τινός, idem quod εὔνους τις, qualia saepe apud Euripidem legimus, bis apud Sophoclem exstat: El. 1203. Orestes unde veniret interrogatus, respondet Electrae: ἐγὼ φράσαιμ' ἂν εἰ τὸ τῶνδ' (sc. chori) εὔνουν πάρα. Tum El. ἀλλ' ἐστὶν εὔνουν, ὥστε πρὸς πιστὰς ἐρεῖς.

Locis, quae homines incolunt: SOPH. O. C. 772 νῦν τ' αὖθις, ἡνίκ' εἰσορᾷς πόλιν τέ μοι ξυνοῦσαν εὔνουν τήνδε καὶ γένος τὸ πᾶν, ubi πόλις res publica Atheniensium, cuius patrocinium Theseus suscipit. 1662. Nuntius narrat quomodo Oedipus vitam reliquerit: ἢ τὸ νερτέρων εὔνουν διαστὰν γῆς ἀλύπητον βάθρον: sive fundamentum terrae, inferi, qui locus benevole se aperuit ei nullo dolore affecto.

animo:

1. absolute: O. C. 498 ἀρκεῖν γὰρ οἶμαι κἀντὶ μυρίων μίαν ψυχὴν τάδ' ἐκτίνουσαν, ἣν εὔνους παρῇ. τὴν ψυχήν pro homine usurpari atque νῷ praeditam esse infra videbimus, εὔνους hic absolute usurpatur; significat fere p r o n u s i n d e o s c o l e n d o s, ὅσια φρονῶν, p i u s. Eandem vim nomen habet in frgm. 97 N, ubi haec tantum leguntur: ψυχὴ γὰρ εὔνους καὶ φρονοῦσα τοὔνδικον κρείσσων σοφιστοῦ παντός ἐστιν εὑρετίς.

2. dativus commodi subintellegendus est: Phil. 1281 οὐ

γάρ ποτ' εὔνουν τὴν ἐμὴν κτήσει φρένα, ubi ἡ φρήν personae vicibus fungitur.

gladio :

Ai. 822 ἔπηξα δ' αὐτὸν (gladium) εὐνούστατον τῷδ' ἀνδρὶ διὰ τάχους θανεῖν : animo praeditus fingitur gladius, cum quo amico Aiax ab amicis relictus solitudinem quaesivit et qui eum mox optata morte affecturus est, nam Tecmessa ceterique vitam eius servare volunt, quam post flagitium suum servari non cupit.

Cum adiectivis componuntur:

θερμόνους
θηλύνους
κουφόνους

θερμόνους vocatur is, cuius νοῦς (mens, cogitationes) θερμός est. Θερμός in hoc adiectivo translate adhibitum acrem, impotentem, ardentem indicat. Attribuitur Cassandrae fatidicae, quae divino spiritu instincta futura canit. *Mente incitatus.* Semel apud Aeschylum Ag. 1172 ἐγὼ δὲ θερμόνους τάχ' ἐμ πέδῳ βαλῶ. Ad ἐμ πέδῳ βαλῶ conferendum est Od. λ 424 ποτὶ γαίῃ βάλλον, quod Wilamowitzius Homer. Unters. p. 158 putat natum esse ex eo, quod poeta exemplum sibi propositum prave imitatus sit.

Conferendum quoque est EUR. frgm. 858 N ὦ θερμόβουλον σπλάγχνον, de ea dictum, quae θερμὴ ἐν τῷ βουλεύεσθαι est, praeceps in consiliis capiendis, nimis audax.

θηλύνους vocatur is, cuius νοῦς θῆλυς est, cuius cogitationes muliebres sunt, qui ut mulier cogitat. Semel apud Aeschylum. Prom. 1003 Prometheus Mercurio εἰσελθέτω, inquit, σε μήποθ' ὡς ἐγὼ Διὸς γνώμην φοβηθεὶς θηλύνους γενήσομαι καὶ λιπαρήσω τὸν μέγα στυγούμενον γυναικομίμοις

ὑπτιάσμασιν χερῶν λῦσαί με δεσμῶν τῶνδε· noli putare me umquam muliebri animo fore atque in preces descensurum, ubi ultima verba adiectivum θηλύνουν interpretantur.

κουφόνους est, cuius cogitationes leves sunt. Adiectivum cum in bonam tum in malam partem adhibetur.

a. In bonam partem:

SOPH. Ant. 341 κουφονόων τε φῦλον ὀρνίθων. Quamquam in avibus ὁ νοῦς non inest, tamen iam apud Theognidem v. 58 legimus σμικρῆς ὄρνιθος κοῦφον ἔχουσα νόον. Ita adiectivum ab homine in avem transfertur. Iebbius ad eum versum etiam confert Aristoph. Av. 169: ἄνθρωπος ὄρνις, ἀ σ τ ά θ μ η τ ο ς, πετόμενος, ἀτέκμαρτος, ο ὐ δ ὲ ν ο ὐ δ έ π ο τ' ἐ ν τ α ὐ τ ῷ μ έ ν ω ν. Significatur *levis, hilaris,* sermone nostro „luchthartig"; hilaritatis, securitatis exempla sunt πετεηνὰ τοῦ οὐρανοῦ, εἰς ἃ ἐμβλέψαι monemur.

b. In malam partem:

Significatur levitas et dicitur de moribus eius, qui *levis* est. Quid detrimenti putas esse, si quis alterum iuvare vult atque audet, Oceano roganti Prometheus apud AESCH. Prom. 383 μόχθον, inquit, περισσόν, κουφόνουν τ' εὐηθίαν: laborem inutilem, stultitiamque levem. Ad nomen εὐηθίαν, εὐήθειαν conferenda sunt ea, quae apud Thucydidem III 83 exstant: οὕτω πᾶσα ἰδέα κατέστη κακοτροπίας διὰ τὰς στάσεις τῷ Ἑλληνικῷ, καὶ τὸ εὔηθες, οὗ τὸ γενναῖον πλεῖστον μετέχει, καταγελασθὲν ἠφανίσθη, et apud Platonem De Rep. III 400 E εὐηθείᾳ οὐχ ἣν ἄ ν ο ι α ν οὖσαν ὑ π ο κ ο ρ ι ζ ό μ ε ν ο ι καλοῦμεν ὡς ε ὐ ή θ ε ι α ν κ.τ.λ. Dem. 18. 228. Itaque iam Aeschyli aetate nomen duplicem notionem habuisse videtur. SOPH. Ant. 617 πολλοῖς δ' (ὄνασις) ἀπάτα κουφονόων ἐρώτων: multis commodo est fraus amorum (cupiditatum) levium.

Restat, ut dicam adiectivum παράνουν, quod in codd. non legitur ex coniectura Hermanni receptum esse: AESCH. Ag. 1455 παράνους (codd. παρανόμους metro vitioso) Ἑλένα, μία τὰς πολλάς.... ψυχὰς ὀλέσασ' ὑπὸ Τροίᾳ. cf. supra pag. 36 s. v. παράφρων.

Cum stirpe verbi ἁμαρτάνειν formatum est: ἁμαρτίνοος, τοῦ νοῦ ἁμαρτάνων, *inops mentis*. Semel apud Aeschylum Suppl. 543 Ἰὼ φεύγει ἁμαρτίνοος.

Nomen νοῦς in adiectivis compositis partim mentem, ὃ νοεῖ, partim ea, quae in mente insunt, cogitationes, indicat. Sic εὔνους appellatur, cuius cogitationes bonae sunt; unde sequitur, ut addito dativo adiectivum idem ac εὔφρων significet; δύσνους, cuius cogitationes in aliquem pravae sunt; θηλύνους, cuius cogitationes muliebres sunt, qui ut mulier cogitat; κουφόνους, cuius cogitationes leves sunt. Quoniam in omnibus his exemplis aliquid dicitur de animi statu, quo quis in aliquem est, aut de moribus alicuius, hisce compositis animus, non mens, indicatur, cuius rei causa non est significatio ipsius nominis νοῦ, sed dativus additus aut voces, cum quibus nomen νοῦς compositum est.

Ab iis compositis separatum est:
ἀνόητος, a verbo νοέω derivatum, proprie *non animadversus, inexplicabilis* ut h. Merc. 80 ἄφραστ' ἠδ' ἀνόητα διέπλεκε θαύματα ἔργα. Idem vero adiectivum notione activa accepta significabat ac ἀνοήμων, *imprudens, non intellegens*. Semel apud Sophoclem, semel apud Euripidem. Genitivo addito: SOPH. Ai. 162 οὐ δυνατὸν τοὺς ἀνοήτους τούτων γνώμας προδιδάσκειν. Cum infinitivo consecutivo: EUR. frgm. 953. 11 N εἰ τἄλλα κρίνειν ἐστὶν ἀνόητον

γυνή, περὶ τῶν γ' ἑαυτῆς πραγμάτων ἴσως φρονεῖ ... si in ceteris rebus diiudicandis femina aliquid est nullam intellegentiam habens ... De usu adiectivi neutrius generis post substantivum feminam conferendus est versus notissimus Verg. Aen. IV 569.

De Verbis cum stirpe Nominis νοῦ cohaerentibus.

Νοέω, νοέομαι. De hoc verbo apud Ebelingium Lex. Hom. pag. 1159 haec scripta sunt: *de significatione accuratius egerunt Hoch quaest. lexicol. progr. Muenstereifel 1874 p. 20 s. et Fulda hom. Unters. p. 103 s. qui cum Roedigero in Kuhn Ztsch. XVI p. 312 verbum, quod centies tricies sex* (sic) *legitur, bis et octogies de oculis dici docent. Quare Fulda, ut ad animum pertinere possit, inde factum esse iudicat, quod primum cum vocibus* φρεσίν I 600 X 235 O 81 α 322, *vel* μετά, ἐνὶ φρεσίν Y 310 γ 26, *vel* θυμῷ σ 228, *vel* κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν Y 264 *coniungeretur; Lechner autem de pleon. Hom. I pag. 25 s. talia pleonasmum esse putat. Praeterea cf. de notione Friedlaender Hom. Gleichnisse II p. 13 sq. Naegelsbach hom. Theol. p. 131. 328, Retzlaff hom. Syn. II p. 27. Buchholz hom. Real. III 2 p. 104 s. Non recte Heinr. Schmidt Syn. III p, 627, 634, 679 verbum primum ad mentem spectasse contendit.*

Non contigit mihi, ut omnia, quae supra allata sunt, legerem. Constat verbum νοεῖν apud Homerum nusquam de ipso νοῦς usurpatum esse. Tamen assentior Schmidtio, quoniam mihi videtur verbum post nomen exstitisse, quod actionem τοῦ νοῦ propriam indicaret. Tum verbum etiam de sensibus (oculis) usurpari coeptum est, qua ratione apud Homerum bis et octogies legitur. Sed sententia ἐν

ὀφθαλμοῖσι νοέειν post ἐνὶ φρεσὶ νοέειν orta est. Poeta animum attendens ad elegantem verborum delectum noluit verbum νοεῖν cum nomine νοῦς coniungere. Neque φρήν cum verbo φρονεῖν coniunctum invenitur.

Verbum significat:

I ἐν νῷ ἔχω, *animadverto, intellego.* Hac notione apud Sophoclem quater, apud Euripidem semel legitur, addito accusativo obiecti, qui, ubi non additur, subintellegendus est, aut infinitivo.

SOPH. O. R. 1054 γύναι, νοεῖς ἐκεῖνον ὅντιν' ἀρτίως μολεῖν ἐφιέμεσθα τόνδ' οὗτος λέγει; sic plerique editores; mss. τὸν θ' vel τόν θ': Blaydesius interrogationis signum posuit post νοεῖς, comma post ἐφιέμεσθα; Spengelius εἰ κεῖνον pro ἐκεῖνον scripsit; Dindorfius, quem secutus est Meklerius lectionem traditam τόν θ' retinet atque vertit: uxor, novistine eum, quem venire nuperrime iussimus atque eum, de quo hicce loquitur? Interrogatio absurda — Iocasta enim iam antea dixerat se pastorem istum novisse v. 756 sqq. Versus interpretari „suntne is, quem nuperrime venire iussimus atque is, de quo hicce loquitur, unus atque idem" molestum esse mihi videtur et alienum a diverbio tragico, quod facile intellectu esse solet.

Iebbius interrogationis signum posuit post ἐφιέμεσθα, item etiam post λέγει, atque vertit: *„Lady, wottest thou of him, whom we lately summoned."* Sed si νοεῖν vertimus „to wot of" interrogatio admodum supervacanea esse videtur.

Multo vividior autem sermo fit, si cum Blaydesio interrogationis signum post νοεῖς ponimus. Inde a versu 1042, cum iam omnia sciret, Iocasta tacita, vultum fingens, quasi ea eius nihil interessent, adstiterat. Tandem Oedipus, omni opere id agens, ut reperiat unde ortus sit, eam, postquam

quae Chorus responderat, audivit, ad res suas revocat hisce verbis: „γύναι, νοεῖς; sc. ea, quae dicuntur. Accusativus obiecti subintellegendus est.

Ad τόνδ' pro τόν θ' Iebbius adnotat: τόνδ' *is certainly right: τόν θ' arose, when the right punctuation had been lost, from a desire to connect* λέγει *with* ἐφιέμεσθα.

Eiusdem modi est: EUR. frgm. 781.4 N οὐκ οἴσετ' εἰς δόμους ν<έκυν;> νοεῖς; πόσις μοι κ.τ.λ. ubi imperativus singularis recte se habet, si conferimus ea, quae leguntur Kühner Gerth Ausf. Gr. d. Gr. Spr. I, pag. 84, 4a.

Cum acc. obiecti: SOPH. O. R. 1487 νοούμενος τὰ λοιπὰ τοῦ πικροῦ βίου, οἷον βιῶναι σφὼ πρὸς ἀνθρώπων χρεών. O. C. 1034 νοεῖς τι τούτων, ἢ μάτην τὰ νῦν τέ σοι δοκεῖ λελέχθαι χὤτε ταῦτ' ἐμηχανῶ; EUR. frgm. 913 N τίς τάδε λεύσσων θεὸν οὐχὶ νοεῖ; quis ea videns deum non animadvertit? Oculis aliquid videntes mente animadvertere possumus deum, potentiam dei, deum esse.

Cum infinitivo: SOPH. frgm. 286 N νόει πρὸς ἀνδρὶ χρῶμα πουλύπους ὅπως πέτρᾳ τραπέσθαι γνησίου φρονήματος: veri sensus colorem apud virum vertere scito ut polypus in saxo versans.

II *Cogito, circumspicio, delibero.* Ter apud Sophoclem. bis apud Euripidem.

Absolute: EUR. Rhes. 615 τρίβων γὰρ εἶ τὰ κομψὰ καὶ νοεῖν σοφός.

Cum acc. c. partic. adiuncta coniunctione ὡς: SOPH. Phil. 415 ὡς μηκέτ' ὄντα κεῖνον ἐν φάει νόει: cogita de eo, ut de aliquo, qui non iam vita fruitur.

Cum adv. aut cum acc. obi.: SOPH. Tr. 1135 εἰπὲ δ' ᾗ νοεῖς: dic, quid sentias, 349 σαφῶς μοι φράζε πᾶν ὅσον νοεῖς· omnia, quae cogitas. EUR. Rhes. 131 τάδε δοκεῖ, τάδε μεταθέμενος νοεῖ.

III *Meditor, excogito, invenio.* Semel apud Sophoclem. Cum acc. obiecti: Phil. 1176 τόδε (sc. te Philoctetem Troiam ducere) γὰρ νοῶ κράτιστον sc. ὄν.

IV *In animo habeo, volo.* Decies apud Sophoclem. Semper additur infinitivus.

Ai. 595 μῶρά μοι δοκεῖς φρονεῖν, εἰ τοὐμὸν ἦθος ἄρτι παιδεύειν νοεῖς. Hic, ut plerumque, τὸ φρονεῖν agitationem mentis diuturnam, τὸ νοεῖν brevem indicat. Ant. 44 ἦ γὰρ νοεῖς θάπτειν σφ', ἀπόρρητον πόλει; 770 ἄμφω γὰρ αὐτὰ καὶ κατακτεῖναι νοεῖς; El. 389 ἐλθεῖν ἐκεῖνον, εἴ τι τῶνδε δρᾶν νοεῖ. 1435 ἦ νοεῖς (sc. τελεῖν) ἔπειγέ νυν. Phil. 889 αἰνῶ τάδ', ὦ παῖ, καί μ' ἔπαιρ' ὥσπερ νοεῖς. (sc. μ' ἐπαίρειν.) 918 τί με νοεῖς δρᾶσαί ποτε; 921 καὶ ταῦτ' ἀληθῆ δρᾶν νοεῖς; 1016 καὶ νῦν ἔμ', ὦ δύστηνε, συνδήσας νοεῖς ἄγειν ἀπ' ἀκτῆς τῆσδε. 1233 οὔ τι που δοῦναι νοεῖς;

Cum praepositionibus a verbo νοεῖν haec verba derivantur:

ἀμφινοέω
ἐννοέω, ἐννοέομαι
ἐπινοέω
παρανοέω
προνοέω, προνοέομαι
συννοέω, συννοέομαι
ὑπονοέω

ἀμφινοέω, proprie ἀμφὶ νοέω, *in utramque partem cogito.* Id facimus in iis rebus, quas duobus modis interpretari possumus, cf. substantivum ἀμφιγνοία, quod legimus apud Schol. ad Soph. Ai. 23 ἵ‹να συνέχη›ται ἔτι ἡ ὑπόθεσις καὶ τὸ ἄπιστον εἰς ἀμφιγνοίαν ἄγ‹η αὐτούς›, sed apud ipsos poetas tragicos non occurrit; neque adiectivum ἀμφίνοος.

quod invenitur Timo 47 Δημόκριτον ἀμφίνοον λεσχῆνα. Conferenda quoque sunt verba ἀμφισβητέω, ἀμφιγνοέω, ἀμφιβάλλω (ἐνὶ θυμῷ), praeterea Hom. Σ 254 ἀμφὶ μάλα φράζεσθε, φίλοι, κέλομαι γὰρ ἄστυδε ἰέναι.

Verbum ἀμφινοέω semel apud Sophoclem legitur: Ant. 376, ubi chorus Antigonam a custode introductam videns, exclamat: εἰς δαιμόνιον τέρας ἀμφινοῶ τόδε· dubito, quid dicam, sed illud portentum a diis missum puto.

ἐννοέω, ἐννοέομαι, νοέω ἐν, cogito suo loco; praepositio ἐν enim proprie significat in suo loco. Itaque ἐννοέω, ἐννοέομαι, suo loco ἐν νῷ ἔχω, maiorem vim habet quam νοέω, ἐν νῷ ἔχω, quamvis saepe apud poetas utraque vox nullo discrimine adhibeatur.

Eadem significatione et activum et medium usurpatur. Verbum apud Aeschylum semel (simplex νοέω numquam) saepius apud Sophoclem et Euripidem legitur, apud quos eadem fere notione occurrit ac verbum νοέω.

1. *animadverto, intellego (penitus).* Semel apud Aeschylum, bis apud Sophoclem, ter apud Euripidem.

Absolute: SOPH. O. R. 558 πόσον τιν' ἤδη δῆθ' ὁ Λάιος χρόνον Oedipum rogantem Creon interpellat: δέδρακε ποῖον ἔργον: οὐ γὰρ ἐννοῶ; non enim intellego, quid Laio cum re sit.

Cum nom. c. partic.: EUR. Hipp. 435 νῦν δ' ἐννοοῦμαι φαῦλος οὖσα: nunc penitus intellego me imperitam esse.

Cum acc. obiecti: AESCH. Ag. 1088 πρὸς τὴν 'Ατρειδῶν· εἰ σὺ μὴ ταῦτ' ἐννοεῖς, ἐγὼ λέγω σοι. SOPH. Phil. 28 ἄνωθεν ἢ κάτωθεν; οὐ γὰρ ἐννοῶ: non enim animadverto (sensibus, oculis, non mente) sc. antrum. EUR. Med. 47 μητρὸς οὐδὲν ἐννοούμενοι κακῶν. 900 οἴμοι, κακῶν ὡς ἐννοοῦμαι δή τι τῶν κεκρυμμένων.

2. *cogito, circumspicio, delibero, considero, agnosco (penitus).* Bis apud Sophoclem, quater apud Euripidem.

Cum acc. obiecti: SOPH. Ant. 61 ἀλλ' ἐννοεῖν χρὴ τοῦτο μὲν γυναῖχ' ὅτι ἔφυμεν. Phil. 1440 τοῦτο δ' ἐννοεῖθ' (ex coniectura Elmsl. codd. ἐννοεῖσθ'), ὅταν πορθῆτε γαῖαν, εὐσεβεῖν τὰ πρὸς θεούς. EUR. El. 639 τοὐνθένδε πρὸς τὸ πῖπτον αὐτὸς ἐννόει: ipse considera, quid faciendum sit inde ad eventum. I. A. 492 Menelaus se miserere puellae miserae dicit ἐννοουμένῳ (sc. Menelao) συγγένειαν· Med. 882 ταῦτ' ἐννοηθεῖσ' ᾐσθόμην ἀβουλίαν πολλὴν ἔχουσα·

περί τινος: EUR. Med. 925 Medea interrogata, cur lacrimaret, Iasoni, οὐδέν, inquit, τέκνων τῶνδ' ἐννοουμένη πέρι·

3. *meditor, excogito, invenio (penitus).* Semel apud Euripidem.

Absolute: I. A. 1374, audi, mater, οἷά δ' εἰσῆλθέν μ' ἐννοουμένην: qualia mihi menti occurrerint penitus meditanti.

4. *in animo habeo, volo.* Ter apud Sophoclem. Additur infinitivus.

Ai. 115 χρῶ χειρί, φείδου μηδὲν ὧνπερ ἐννοεῖς (sc. ποιεῖν). O. R. 330 ἀλλὰ ἐννοεῖς ἡμᾶς προδοῦναι καὶ καταφθεῖραι πόλιν:

Infinitivus pro substantivo adhibetur. Ant. 664 ὅστις δ' ὑπερβὰς ἢ νόμους βιάζεται ἢ τοὐπιτάσσειν τοῖς κρατοῦσιν ἐννοεῖ, (sic codd. AL[2], L τοῖς κρατύνουσιν νοεῖ exhibet, sed mihi videtur sequendus esse A).

ἐπινοέω proprie νοέω ἐπί, cogito post, qua significatione apud poetas tragicos non occurrit. Conferendum autem est substantivum ἐπίνοια.

Deinde significatur νοέω ἐπί τι, εἴς τι. Praepositione non ubi, sed quo cogitetur, indicatur. Conferendum est verbum ἐπιθυμέω, ἐπιθύμιός εἰμι.

in animo habeo. Semel apud Euripidem. Additur infinitivus. Rhes. 195 μέγας ἀγών· μεγάλα δ' ἐπινοεῖς ἑλεῖν.

παρανοέω. Cf. P. A. v. d. Laan, de παρά praepositionis

vi apud Euripidem in compositione verborum pag. 86, qui dicit in hac compositione localem vim amisisse praepositionem, quamquam proprie παρανοεῖν significare videatur iuxta suum locum cogitare. Apud Euripidem uno loco tantum occurrere notione perperam intellegendi: I. A. 838 ἀφασία μ' ἔχει, γύναι· εἰ μή τι παρανοοῦσα καινουργεῖς λόγον; stupor me habet, mulier, nisi forte quid errans fingis novum sermonem?

Apud Sophoclem non legitur. Adnotat P. A. v. d. Laan pag. 87 Aristophanem Nubb. 1480 et Platonem Theaet. p. 195 A verbo notione delirandi usos esse, sed frequentius esse substantivum παράνοιαν, dementiam.

προνοέω, προνοέομαι proprie νοέω πρό.

1. *antea cogito, provideo.* Semel apud Euripidem. Absolute, sequitur πρίν: Heracl. 288 ὥρα προνοεῖν πρὶν ὅροις πελάσαι στρατὸν 'Αργείων.

2. *antea animadverto, praesentio,* addito genitivo obiecti ut semper apud verba curandi, de qua re cf. Kühner Gerth Ausf. Gr. d. Gr. Spr. I p. 365. 6 sq. Hac notione verbum semel ab Euripide usurpatum est.

Hipp. 685 οὐ σῆς προυνοησάμην φρενός; nonne consilium tuum praesensi?

3. Ex priore significatione sequitur notio consilii capiendi. *Consilium capere* verbum designat apud Euripidem: Hipp. 399 τὸ δεύτερον δὲ τὴν ἄνοιαν εὖ φέρειν τῷ σωφρονεῖν νικῶσα προυνοησάμην.

συννοέω, συννοέομαι, νοέω συν sc. ἐμαυτῷ, *mecum considero, meditor.* Semel apud Sophoclem, bis apud Euripidem, accusativo obiecti adiuncto.

SOPH. O. C. 453 τῆσδέ (Ismenae) τε μαντεῖ' ἀκούων συννοῶν

τε τάξ ἐμοῦ παλαίφαθ' ἁμοὶ Φοῖβος ἤνυσέν ποτε. EUR. Io 644 ταῦτα συννοούμενος κρείσσω νομίζω τἀνθάδ' ἢ τἀκεῖ, πάτερ. Or. 634 ἐν ἐμαυτῷ τι συννοούμενος ὅποι τράπωμαι τῆς τύχης ἀμηχανῶ.

ὑ π ο ν ο έ ω, νοέω ὑπό (τι), cogitationibus prope accedo ad aliquid, *suspicio, suspicor.* Semel addito accusativo obiecti apud Euripidem I. A. 1132, ubi Clytaemestrae roganti, habeatne in animo filiam suam interficere, Agamemnon respondet: ὑπονοεῖς θ' ἃ μή σε χρή.

A b a d i e c t i v o εὔνους f o r m a t u m e s t: ε ὐ ν ο έ ω, εὔνους εἰμί τινι, *benevolus* alicui *sum.* SOPH. Ai. 689 εὐνοεῖν δ' ὑμῖν ἅμα.

E x s u b s t a n t i v o ν ο ῦ ς c u m r a d i c e v e r b i τ ί θ η μ ι c o n i u n c t o f o r m a t u m e s t v e r b u m ν ο υ θ ε τ έ ω, νοῦν τίθημί τινι, *admoneo* aliquem, semel legimus apud Aeschylum, septies apud Sophoclem, decies septies apud Euripidem. Semper v e r b i s νουθετεῖται.

Cum acc. personae: AESCH. Prom. 264 ἐλαφρὸν ὅστις πημάτων ἔξω πόδα ἔχει παραινεῖν νουθετεῖν τε τὸν κακῶς πράσσοντα· SOPH. El. 595 ἀλλ' οὐ γὰρ οὐδὲ νουθετεῖν ἔξεστί σε, ἣ πᾶσαν ἵης γλῶσσαν ὡς τὴν μητέρα κακοστομοῦμεν· Phil. 1283 ὅστις γ' ἐμοῦ δόλοισι τὸν βίον λαβὼν ἀπεστέρηκας, κᾆτα νουθετεῖς ἐμὲ ἐλθών· EUR. Herc. 1249 σὺ δ' ἐκτὸς ὢν γε συμφορᾶς με νουθετεῖς· Hipp. 396 γλώσσῃ γὰρ οὐδὲν πιστόν, ἣ θυραῖα μὲν φρονήματ' ἀνδρῶν νουθετεῖν ἐπίσταται· 724 καὶ σύ γ' εὖ με νουθέτει· Io 1307 τὴν σὴν ὅπου σοι μητέρ' ἐστὶν νουθέτει· 1397 οὐκ ἐν σιωπῇ τἀμά· μή με νουθέτει. Or. 299 ὅταν δὲ σὺ στένῃς ἡμᾶς παρόντας χρή σε νουθετεῖν. φίλα. frgm. 779 N πατὴρ δ' ὄπισθε νῶτα σειραίου βεβὼς ἵππευε παῖδα νουθετῶν.

Accusativus personae subintellegendus est: Soph. O. C. 593 ὅταν μάθῃς μου νουθέτει (sc. ἐμὲ) τανῦν δ' ἔα. Phil. 1322 ἐάν τε νουθετῇ τις εὐνοίᾳ λέγων, στυγεῖς, πολέμιον δυσμενῆ θ' ἡγούμενος. EUR. I. A. 692 πείσεσθαι δέ με καὐτὴν δοκεῖ τάδ', ὥστε μή σε νουθετεῖν (sc. ἐμέ), ὅταν σὺν ὑμεναίοισιν ἐξάγω κόρην.

Cum acc. personae et rei, *admoneo aliquem de aliqua re*: SOPH. Ai. 1156 τοιαῦτ' ἄνολβον ἄνδρ' ἐνουθέτει παρών. EUR. Bacch. 826 πῶς οὖν γένοιτ' ἂν ἃ σύ με νουθετεῖς καλῶς; Suppl. 337 ὁρῶ δὲ κἀγὼ ταῦθ' ἅπερ με νουθετεῖς. Troad. 1015 καίτοι σ' ἐνουθέτουν γε πολλὰ πολλάκις, ὦ θύγατερ, ἔξελθε.

Cum acc. rei: SOPH. El. 1025 ὡς οὐχὶ συνδράσουσα νουθετεῖς τάδε.

Genitivus per attractionem pro accusativo legitur: EUR. frgm. 840 N λέληθεν οὐδὲν τῶνδέ μ', ὧν σὺ νουθετεῖς, γνώμην δ' ἔχοντά μ' ἡ φύσις βιάζεται.

Si quis aliquem admonet, plerumque aliquid in eo non probat, unde fit, ut verbum νουθετεῖν *reprehendere* significet: EUR. Herc. 855 μὴ σὺ νουθέτει τά θ' Ἥρας κἀμὰ μηχανήματα. Io 436 νουθετητέος δέ μοι Φοῖβος, (cum eum rogo) τί πάσχει· παρθένους βίᾳ γαμῶν προδίδωσι;

Passivum legitur: SOPH. O. C. 1193 εἰσὶ χἀτέροις γοναὶ κακαὶ καὶ θυμὸς ὀξύς, ἀλλὰ νουθετούμενοι φίλων ἐπῳδαῖς ἐξεπᾴδονται φύσιν. EUR. Bacch. 1256 νουθετητέος, πάτερ, σοὐστίν. Med. 29 ὡς δὲ πέτρος ἢ θαλάσσιος κλύδων ἀκούει νουθετουμένη φίλων. frgm. 340 N Κύπρις γὰρ οὐδὲν νουθετουμένη χαλᾷ.

Infinitivus pro substantivo adhibetur: EUR. fragm. 1042 N ἅπαντές ἐσμεν ἐς τὸ νουθετεῖν σοφοί.

De Substantivis cum stirpe Nominis νοῦ compositis.

Substantiva cum stirpe nominis νοῦ composita in -ια desinentia partim cum verbis, partim cum adiectivis cohaerent.

Cum verbis cohaerent omnia, quorum prior pars praepositio est. Inveniuntur:

διάνοια
ἔννοια
ἐπίνοια
παράνοια
πρόνοια
σύννοια
ὑπόνοια

διάνοια est eius, qui διανοεῖται, qui νοεῖται διά, accurate cogitat. Proprie nomen indicat *perspicientiam, intellegentiam,* qua notione apud poetas tragicos non occurrit. Apud eos significat:

1. *mentem, cogitationes, consilium.* Semel apud Aeschylum, semel apud Euripidem.

EUR. Suppl. 57 μετά νυν δὸς ἐμοὶ σᾶς διανοίας.

AESCH. S. c. Th. 831 ὤλοντ' ἀσεβεῖ διανοίᾳ.

2. *animum, quo quis in aliquem est, ingenium.* Semper coniungitur adiectivum, unde notio animus ducta est, nam per se voce significatur cogitatio. Cum autem cogitationes alicuius de aliquo bonae sunt, aliquis alicui benevolus, bono animo est. Ter apud Aeschylum.

Ag. 797 οὐκ ἔστι λαθεῖν ὄμματα φωτὸς τὰ δοκοῦντ' εὔφρονος ἐκ διανοίας ὑδαρεῖ σαίνει φιλότητι: (eum) latere non possunt oculi hominis alicuius, qui ex animo specie non re vera benevolo simulata amicitia amice facit. Eum. 984 χάρματα

δ' ἀντιδιδοῖεν κοινοφιλεῖ (codd. κοινωφελεῖ vel κοινοφελεῖ; corr. Hermannus) διανοίᾳ. 1012 εἴη δ' ἀγαθῶν ἀγαθὴ διάνοια πολίταις.

3. quae in animo sunt: *voluntatem, cupidinem.* Semel apud Aeschylum:

Suppl. 107 ἰδέσθω δ' εἰς ὕβριν βρότειον, οἵα νεάζει, πυθμὴν δι' ἁμὸν γάμον τεθαλὼς δυσπαραβούλοισι φρεσίν, καὶ διάνοιαν μαίνολιν κέντρον ἔχων ἄφυκτον: videat audaciam hominum, qualis floreat, scapus, qui matrimonio meo effloruit animo inconsiderato, habens furentem cupiditatem incitamentum, quod effugi non potest, (habens furore cupiditatis incitamentum etc.).

ἔννοια est eius, qui ἐννοεῖ, ἐννοεῖται, penitus cogitat, *cogitatio, consilium.* Bis apud Euripidem.

Hel. 1026 ἱκετεύετε... Ἥρας δὲ τὴν ἔννοιαν ἐν ταὐτῷ μένειν, ἣν ἐς σὲ καὶ σὸν πόσιν ἔχει σωτηρίας. Hipp. 1027 μηδ' ἂν θελῆσαι μηδ' ἂν ἔννοιαν λαβεῖν.

ἐπίνοια est eius, qui ἐπί, postea, νοεῖ, aut eius, qui νοεῖ ἐπί. Nomine significatur:

1. *meditatio* cf. αἱ δεύτεραι φροντίδες. Semel apud Sophoclem. Ant. 389 ψεύδει γὰρ ἡ 'πίνοια τὴν γνώμην.

2. *consilium, voluntas.* Bis apud Euripidem. Med. 760 ἀλλά σ' ὁ Μαίας πομπαῖος ἄναξ πελάσειε δόμοις, ὧν τ' ἐπίνοιαν σπεύδεις κατέχων πράξειας. Phoen. 408 πῶς δ' ἦλθες Ἄργος; τίν' ἐπίνοιαν ἔσχεθες;

παράνοια est eius, qui παρὰ νοεῖ, eius. qui perperam cogitat aut eius qui iuxta suum locum cogitat, delirat. Itaque valet:

1. *opinio falsa.* Semel apud Euripidem. Or. 824 τὸ δ' εὖ κακουργεῖν ἀσέβεια ποικίλα κακοφρόνων τ' ἀνδρῶν παράνοια

(codd. pro εὖ, quod recte coniecit Bothe, κὖ exhibent) bene delinquere (non exstat; id astute fictum ab improbis hominibus est) astute ficta improbitas est, falsa opinio improborum virorum.

2. *dementia*. Semel apud Aeschylum. S. c. Th. 756 παράνοια συνᾶγε νυμφίους φρενώλης.

π ρ ό ν ο ι α est eius, qui προνοεῖ, προνοεῖται, providet, curat.

1. *provisio, cura*. Semel apud Aeschylum, quater apud Sophoclem, sexies apud Euripidem.

AESCH. Choe. 606 δαείς, τὰν ἁ παιδολυμὰς τάλαινα Θεστιὰς μήσατο, πυρδαῆ τινὰ πρόνοιαν: postquam comperit provisionem ignis flagrantis (gen. explic.) quam filia Thestii filium suum perditura inierat. SOPH. Ai. 536 ἐπῄνεσ' ἔργον καὶ πρόνοιαν ἣν ἔθου (Tecmessa). Ant. 283 λέγεις γὰρ οὐκ ἀνεκτὰ δαίμονας λέγων πρόνοιαν ἴσχειν τοῦδε τοῦ νεκροῦ πέρι. El. 1015 προνοίας οὐδὲν ἀνθρώποις ἔφυ κέρδος λαβεῖν ἄμεινον. Phil. 774 θάρσει προνοίας οὕνεκ': bono animo es quod ad curam tuam erga me attinet. EUR. Alc. 1061 Admetus secum considerat, quid homines dicturi sint, quid uxor sua Alcestis, quae nunc in Orco est, si mulierem sibi ab Hercule commissam domo accipiat. ἀξία (sc. Alcestis) δέ μοι σέβειν, πολλὴν πρόνοιαν δεῖ μ' ἔχειν: magna cura mihi adhibenda est, magna circumspectione mihi opus est. Andr. 660 ἀγὼ προνοίᾳ τῇ τε σῇ κἀμῇ, γέρον, κτανεῖν θέλων κ.τ.λ.. Hec. 569 πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμων πεσεῖν. Herc. 598 Hercules dicit se mala ave visa aliquid mali domi expectasse „ὥστ' ἐκ προνοίας κρύφιος εἰσῆλθον χθόνα." Or. 1407 Phryx quidam: utinam, inquit, filius Strophii, qui Ulixis similis est, ἔρροι τᾶς ἡσύχου προνοίας κακοῦργος ὤν: pereat ob curam suam libere delinquendi. Phoen. 736 τίς οὖν πρόνοια γίγνεται σοφωτέρα: (sc. quam cura, ne hostibus urbs tradatur).

2. *providentia*, cura divina. Semel apud Sophoclem, ter apud Euripidem.

EUR. Or. 1179 θεοῦ λέγεις πρόνοιαν. Phoen. 637 ἀληθῶς δ' ὄνομα Πολυνείκη πατὴρ ἔθετό σοι θείᾳ προνοίᾳ νεικέων ἐπώνυμον. Utroque loco ex attributo (θεοῦ, θείᾳ) apparet nomen vertendum esse providentiam.

SOPH. O. R. 978 τί δ' ἂν φοβοῖτ' ἄνθρωπος ᾧ τὰ τῆς τύχης κρατεῖ, πρόνοια δ' ἐστὶν οὐδενὸς σαφής; ad quem versum Iebbius monet Stoicos primos nomine πρόνοια nullo attributo addito providentiam divinam significasse, Platonem autem Tim. 30 C (τὴν τοῦ θεοῦ πρόνοιαν) et 44 C (προνοίας θεῶν) vocem adhibuisse eodem modo atque Herodotum (III 108 τοῦ θεοῦ ἡ προνοίη). Cuius aequalis Sophocles de providentia οὐδενός loquitur. Ei autem obloqui videtur Euripides, qui I. A. 864 de providentia (alicuius) erga singulos homines agit: ὦ Τύχη πρόνοιά θ' ἡμή, σώσαθ' οὓς ἐγὼ θέλω, ubi ἡ πρόνοια eandem fere vim habet ac „genius meus." Si seni genius suus est, etiam ceteris hominibus est.

3. *reverentia, religio*, id quod nos diis debemus, πρόνοια vocatur. Semel apud Sophoclem. O. C. 1180 μή σοι πρόνοι' ᾖ τοῦ θεοῦ φυλακτέα: (vereor) ne tibi reverentia erga deum observanda sit. Ad eum versum Iebbius refert ad Andoc. or. I § 56 εἶπον . . . ἃ ἤκουσα . . . προνοίᾳ μὲν τῶν συγγενῶν καὶ τῶν φίλων, προνοίᾳ δὲ τῆς πόλεως ἁπάσης. Puto autem nomen hic vertendum esse „cura".

4. est eius, qui προνοεῖ, προνοεῖται, praesentit, praesagit, *provisio animi, praesagium*. Semel apud Aeschylum, semel apud Sophoclem. AESCH. Ag. 683 μή τις ὅντιν' οὐχ ὁρῶμεν προνοίαισι τοῦ πεπρωμένου γλῶσσαν ἐν τύχᾳ νέμων· num quis quem non videmus futura praesagiens lingua recte utens.

SOPH. Trach. 823 τοὔπος τὸ θεοπρόπον ἡμῖν τᾶς παλαιφάτου προνοίας: praesagii olim dati.

σ ύ ν ν ο ι α (ξύννοια) est eius, qui συννοεῖ, συννοεῖται, qui secum considerat, meditatur.

1. *meditatio, cogitatio, ratio, mens.* Semel apud Aeschylum, semel apud Sophoclem, bis apud Euripidem.

AESCH. Prom. 436 μή τοι χλιδῇ δοκεῖτε μηδ' αὐθαδίᾳ σιγᾶν με· συννοίᾳ δὲ δάπτομαι κέαρ ὁρῶν . . . . nolite putare me superbia aut arrogantia tacere, cogitationibus ipse cor meum edo, videns . . . .

SOPH. Ant. 278 ἐμοί τοι μή τι καὶ θεήλατον τοὔργον τόδ' ἡ ξύννοια βουλεύει πάλαι: mens mea iam diu deliberat.

EUR. Andr. 805 συννοίᾳ θ' ἅμα οἷον δέδρακεν ἔργον. Or. 632 Μενέλαε, ποῖ σὸν πόδ' ἐπὶ συννοίᾳ κυκλεῖς; deliberabundus.

2. *gravitas, tristitia.* Haec significatio ex priore sequitur; nam homines, qui semper secum deliberant meditanturque plerumque hilares non sunt, sed graves. Semel apud Euripidem.

Heracl. 381 ὦ παῖ, τί μοι σύννοιαν ὄμμασιν φέρων ἥκεις;

ὑ π ό ν ο ι α est eius, qui ὑπονοεῖ, suspicatur, *suspicio*, etiam res, ex qua suspicari aliquid possumus. Semel apud Euripidem. Phoen. 1133 in scuto Capanei homo ingentis magnitudinis pictus est, totam urbem portans, ὑπόνοιαν ἡμῖν οἷα πείσεται πόλις.

A b a d i e c t i v i s c u m p r a e f i x i s ἀ- e t δυσ- c o m p o s i t i s d e r i v a n t u r:

ἄνοια

δύσνοια

ἄ ν ο ι α est eius, qui ἄνους est.

1. non semper cum vituperatione: *stultitia, imprudentia.* Apud Sophoclem nomen semel adhibitum invenimus, ut

significetur, quomodo puellae domi patris vivant. Ubi vox non „stultitia" aut „imprudentia" vertenda mihi videtur, sed „*securitas*", quae sequitur ex ignoratione sortis futurae. SOPH. frgm. 524 N αἱ (sc. γυναῖκες) νέαι μὲν ἐν πατρὸς ἥδιστον, οἶμαι, ζῶμεν ἀνθρώπων βίον. τερπνῶς γὰρ ἀεὶ παῖδας ἄνοια τρέφει. ὅταν δ' ἐς ἥβην ἐξικώμεθ' ἔμφρονες, ὠθούμεθ' ἔξω. Quamdiu sensu carentes securitate gaudent, felices sunt; cum autem maturae mentis suae compotes sunt de securitate actum est. Puellis igitur est, quod ἄνο sunt, causa alicuius boni.

Ceterum autem τὸ ἄνουν εἶναι homini causa mali est. Sic bis apud Aeschylum, ter apud Sophoclem, bis apud Euripidem nomen usurpatum invenimus.

AESCH. Prom. 1079, Mercurius Chorum admonet, ut secum abeat; nam si manserit, malo afficietur ὑπ' ἀνοίας, quae stultitia est, quod Chorus negaverat se Prometheum deserturum, factum bonum quidem, sed Choro ipsi perniciosum. S. c. Th. 402 τάχ' ἂν γένοιτο μάντις ἡ ἄνοια τινί, sc. Tydeo, cuius ἄνοια est, quod signum tam superbum in scuto pictum habebat. Cur μάντις vocetur ἡ ἄνοια, patet ex versibus sequentibus.

SOPH. Ant. 603 λόγου τ' ἄνοια καὶ φρενῶν ἐρινύς: stultitia verborum atque furor animi. El. 920 φεῦ τῆς ἀνοίας, ὥς σ' ἐποικτίρω πάλαι. Electra Chrysothemidi dicit putanti se signa Orestis praesentis vidisse. Cum miseratione dictum est. 1054 ἐπεὶ πολλῆς ἀνοίας καὶ τὸ θηρᾶσθαι κενά, ubi Electra se ipsa ἄνουν vocat, quod speraverat Chrysothemidem sororem secum acturam. EUR. Andr. 519 καὶ γὰρ ἄνοια μεγάλη λείπειν ἐχθροὺς ἐχθρῶν, ἐξὸν κτείνειν: etenim magnae stultitiae est relinquere inimicos ex inimicis ortos, cum liceat eos interficere. frgm. 545 N ἡ δὲ μὴ σώφρων (γύνη) ἀνοίᾳ τὸν ξυνόνθ' ὑπερφρονεῖ. Inest vituperatio.

2. *furor.* Bis apud Euripidem, ubi amorem nomen indicat.

Hec. 641 πόνοι γὰρ καὶ πόνων ἀνάγκαι κρείσσονες κυκλοῦνται κοινὸν δ' ἐξ ἰδίας ἀνοίας (Alexandri in Helenam amoris) κακὸν τᾷ Σιμουντίδι γᾷ. Hipp. 398 τὸ δεύτερον δὲ τὴν ἄνοιαν εὖ φέρειν τῷ σωφρονεῖν νικῶσα προυνοησάμην.

δύσνοια, quae vox opponitur τῇ εὐνοίᾳ est eius, qui alicui inimicus est, *odium.* Semel apud Sophoclem, semel apud Euripidem. SOPH. El. 654 καὶ τέκνων ὅσων ἐμοὶ δύσνοια μὴ πρόσεστιν: et cum iis ex puellis meis, quae me non oderunt.

EUR. Hec. 973 te aspicere non audeo, Polymestor, Hecuba dicit, ἀλλ' αὐτὸ μὴ δύσνοιαν ἡγήσῃ σέθεν· sed noli id putare odium in te.

Ab adiectivo in -νους desinenti cum adverbio composito derivatur:

εὔνοια.

εὔνοια opposita τῇ δυσνοίᾳ est eius, qui alicui εὔνους, benevolus, amicus est.

1. ***benevolentia.***

a. de diis. Semel apud Aeschylum, bis apud Euripidem.

AESCH. S. c. Th. 450 Ἀρτέμιδος εὐνοίαισι σύν τ' ἄλλοις θεοῖς. EUR. Suppl. 157 οὐκ ἦλθες, ὡς ἔοικεν, εὐνοίᾳ θεῶν. Troad. 6 Poseidon οὔποτ', inquit, ἐκ φρενῶν εὔνοι' ἀπέστη τῶν ἐμῶν Φρυγῶν πόλει.

b. de hominibus potentioribus in tenuiores. Semel apud singulos poetas tragicos.

AESCH. Suppl. 489 τοῖς ἥσσοσιν γὰρ πᾶς τις εὐνοίας φέρει

SOPH. Trach. 708 ἀντὶ τοῦ θνῄσκων ὁ θὴρ ἐμοὶ παρέσχ'

εὔνοιαν ἧς ἔθνησχ' ὕπερ; EUR. Med. 345 εἰκὸς δ' ἐστὶν εὔνοιάν σ' ἔχειν.

2. *amicitia, amor,* aut inter pares aut tenuiorum erga potentiores. Bis apud Aeschylum, ter apud Sophoclem, bis apud Euripidem.

AESCH. Suppl. 940 ταύτας δ' ἑκούσας μὲν κατ' εὔνοιαν φρενῶν ἄγοις ἄν. SOPH. Phil. 1164 πρὸς θεῶν εἴ τι σέβῃ ξένον πέλασσον εὐνοίᾳ πάσᾳ πελάταν: appropinquantem amico animo, amicus. 1322 ἐάν τε νουθετῇ τις εὐνοίᾳ λέγων, στυγεῖς, πολέμιον δυσμενῆ θ' ἡγούμενος. EUR. Hel. 1425 ἐν σοὶ τόδ' ἦν σὴν εἰς ἔμ' εὔνοιαν διδῷς.

AESCH. Choe. 857 ὑπὸ δ' εὐνοίας πῶς ἴσον εἴπουσ' ἀνύσωμαι; SOPH. El. 233 ἀλλ' οὖν εὐνοίᾳ γ' αὐδῶ μάτηρ ὡσεί τις πιστά. EUR. Or. 868 τῷ γὰρ εὔνοιαν πατρὶ ἀεί ποτ' εἶχον.

3. *amor hominum in res.* Semel apud Aeschylum.

S. c. Th. 1007 Ἐτεοκλέα μὲν τόνδ' ἐπ' εὐνοίᾳ χθονὸς θάπτειν ἔδοξε: propter amorem patriae.

4. *amor alicuius rei in homines;* transfertur εὔνοια ab auctore muneris ad ipsum donum. Semel apud Aeschylum.

Prom. 446 λέξω δὲ μέμψιν οὔτιν' ἀνθρώποις ἔχων, ἀλλ' ὧν δέδωκ' εὔνοιαν ἐξηγούμενος.

A radice verbi νοεῖν cum substantivo θεός composito in suffixum -η desinens formatum est nomen proprium:

Θεονόη, nomen eius, quae deum, consilia deorum animadvertit. EUR. Hel. 13, 145, 319, 529, 821, 1198, 1648.

Eodem modo cum pronomine αὐτός formatum est nomen proprium:

Αὐτονόη, quae ipsa intellegit, fortasse nomen eius, quae putat se prae ceteris intellegere. EUR. Bacch. 230.

A verbo νουθετεῖν cum suffixis -μα et -σις formata sunt nomina:

νουθέτημα
νουθέτησις

νουθέτημα est, quod ab aliquo νενουθέτηται, *monitum*. Semel apud Aeschylum, semel apud Sophoclem, bis apud Euripidem.

AESCH. Pers. 830 Ζεύς... πρὸς ταῦτ' ἐκεῖνον σωφρονεῖν κεχρημένον πινύσκετ' εὐλόγοισι νουθετήμασιν.

SOPH. El. 343 ἅπαντα γάρ σοι τἀμὰ νουθετήματα κείνης διδακτά, κοὐδὲν ἐκ σαυτῆς λέγεις.

EUR. Phoen. 592 τῶν μακρῶν δ' ἀπαλλαγεῖσα νουθετημάτων μ' ἔα. frgm. 962. 3 N ἄλλ' ἐπ' ἄλλῃ φάρμακον κεῖται νόσῳ· λυπουμένῳ μὲν μῦθος εὐμενὴς φίλων, ἄγαν δὲ μωραίνοντι νουθετήματα.

νουθέτησις est, quod ab aliquo νουθετεῖται, *monitum*. Semel apud Euripidem.

Herc. 1256 ἄκουε δή νυν ὡς ἁμιλληθῶ λόγοις πρὸς νουθετήσεις σάς.

CAPUT III.

ΘΥΜΟΣ.

Θυμός (Boisacq pag. 356) proprie est *vis vitalis, anima, spiritus*, idem fere ac πνεῦμα, ψυχή.

Homines animadverterant, cum unum ex iis vita relinquebat, una cum vita spiritum corpus relinquere, quo factum est, ut animam vitalem in spiritu sitam esse putarent. Mirum autem illud, quo vivimus, quod, quoniam sine corpore est, videre non possumus, animum appellabant. Itaque θυμός, ψυχή, multa praeterea vocabula, quibus ceterae linguae animum et mentem significant, ex eodem fonte manant.

Est tamen aliquid discriminis inter θυμός et ψυχή. Θυμός non solum de hominis, sed etiam de ceterorum animalium anima et animo usurpatur; ψυχή autem de ceteris animalibus non dicitur nisi animam, vitam designat; ex. gr. Hom. Od. ξ 426 τὸν δ' ἔλιπε ψυχή (sc. σῦν). Hes. Scut. 173 κάπροι δοιοὶ ἀπουράμενοι ψυχάς. Cf. etiam περὶ ψυχῆς μάχεσθαι, ἀγωνίζεσθαι, τρέχειν, de quibus vide infra s. v. ψυχή pag. 193.

Ὁ θυμός cum vita perit, ἡ ψυχή autem post hominum mortem existere creditur.

Primariam illam significationem vocis θυμοῦ non solum Homero, sed etiam poetis tragicis ante oculos versatam esse probant loci, ubi nomen θυμός coniungitur cum verbis, in quibus inest notio spirandi; ex. gr. Aesch. Ag. 1388

οὕτω τὸν αὑτοῦ θυμὸν ὀρυγάνει πεσών. Eur. Bacch. 620 θυμὸν ἐκπνέων. Rhes. 786 de equis: θυμὸν πνέουσαι. Phoen. 454 σχάσον δὲ δεινὸν ὄμμα καὶ θυμοῦ πνοάς. Nusquam vocabulum per „fumus" vertere possumus. Quae significatio adhuc patet ex θυμιάω, θύω, θύος.

Ex vocibus θύελλα, θύνω, θύω, apparet praeter significationem vis vitalis aliud quid quoque in nomine θυμός dominari atque animum designari, quatenus is affectionibus graviter commovetur; cf. Plat. Crat. 419 E θυμὸς δὲ ἀπὸ τῆς θύσεως καὶ ζέσεως τῆς ψυχῆς ἔχοι ἂν τοῦτο τὸ ὄνομα. Nam anima, spiritus, vis vitalis id vocatur, quod ex imo pectore surgens diffunditur per totum corpus, cui vitam et vires dat. Itaque recte a Retzlaff Hom. Syn. II p. 26 ὁ θυμός *das Prinzip der rastlosen Bewegung* dicitur. Eam quoque notionem primariam esse planum fit ex vocabulis motum designantibus, cum quibus nomen θυμός coniungitur. Aesch. Pers. 11 ὀρσολοπεῖται θυμός. Prom. 380 σφριγῶντα θυμόν. Suppl. 448 κινητήρια θυμοῦ. 566 θυμὸν πάλλονται. Soph. O. C. 434 ἔζει θυμός. Eur. El. 177 θυμὸν ἐκπεπόταμαι. I. A. 125 μέγα φυσῶν θυμὸν ἐπαρεῖ.

Θυμός est animus affectionibus commotus, ipsa ira, animus, qui quem ut quid agat incitat, animus constans, fortitudo, tum voluntas, facultas, qua discernimus grata et ingrata, qua coniecturas facere, divinari possumus: numquam autem apud poetas tragicos idem valet ac νοῦς, cuius facultas intellegendi propria est. In fabula Electrae Sophocles Electram paedagogo conspecto rogantem facit, quis vir ille sit. Orestes eam interrogans respondet v. 1347: οὐχὶ ξυνίης; tum Electra οὐδέ γ', inquit, εἰς θυμὸν φέρω, tantum abest ut intellegam, ut ne in animum quidem admittere possim, ut ne divinari quidem

possim; nam intellegere τοῦ θυμοῦ non est. Cf. Aesch. Prom. 706. Soph. O. R. 975.

Ὁ νοῦς igitur superior τοῦ θυμοῦ est, quem φρένας regere et gubernare confirmat Aeschylus in fabula Persarum v. 767, ubi de rege Persarum antiquissimo dicit: φρένες γὰρ αὐτοῦ θυμὸν ᾠακοστρόφουν, nam ratio eius animum gubernabat. Cf. Bacchyl. 17 (Ken.) 20 Διὸς υἱὲ φερτάτου, ὅσιον οὐκέτι τεᾶν ἔσω κυβερνᾷς φρενῶν θυμόν· et fabula, qua Plato partem animi rationalem aurigae, partem alteram bigis comparat Phaedr. 246 B. Ratio gubernatrix, animus ipsa navis est apud Aeschylum, cuius aetate Pythagoras docebat, qui naturam animi duplicem aut triplicem finxisse videtur, si fides habenda est Hierocli, qui Aur. Carm. ad v. 69 dicit ὁ ἄνθρωπος—ψυχὴ λογικὴ μετὰ συμφυοῦς ἀθανάτου σώματος· καὶ τοῦτο τῶν Πυθαγορείων ἦν δόγμα· ὁ δὴ Πλάτων κ.τ.λ. Cf. Cic. Tusc. 4. 10 Posidon. apud Galen, de Hipp. et Plat. dogm. V (5. 478 cf. 425 K) Theol. Arithm. p. 20. 21. Aristot. Eth. Nic. 1102 a 32 sqq. de an. 3.3 Doxogr. 393 a. 10. cf. Rohde Psyche p. 464 sq.

Θυμός igitur est:

I Proprie: *spiritus, anima,* hominum *vis vitalis.*

EUR. Bacch. 620 θυμὸν ἐκπνέων, anhelans, ubi perperam interpretari mihi videtur Bruhnius, qui adnotat *„zornschnaubend" heisst sonst* θυμὸν πνέων; ἐκ *veranschaulicht und verstärkt das* πνεῖν." Describitur enim labor viri taurum vincire conantis, qui θυμὸν ἐκπνέων, ἱδρῶτα σώματος στάζων ἄπο, χείλεσιν διδοὺς ὀδόντας, frustra laborat. Irae autem omnino non locus est in his versibus. Significatur spiritus, anima, atque hic locus unus est, ubi vocabulum proxime ad pristinam notionem accedit.

AESCH. Ag. 1388 οὕτω τὸν αὑτοῦ θυμὸν ὀρυγάνει πεσών·

ita Wilamowitzius cum Hesychio; codd. ὁρμαίνει. In Sophoclis fabulis superstitibus nomen θυμός hac significatione adhibitum non inveni.

II *Animus affectibus graviter commotus.*

AESCH. Pers. 11 κακόμαντις ἄγαν ὀρσολοπεῖται θυμὸς ἔσωθεν. Prom. 380 ἐάν τις ἐν καιρῷ γε μαλθάσσῃ κέαρ καὶ μὴ σφριγῶντα θυμὸν ἰσχναίνῃ βίᾳ, respondet Prometheus Oceano, qui ex eo quaesivit nonne sciret animo aegrotanti medicinam esse verba. Itaque animum aegrotantem cum ulcere tumenti comparat; ut ulcus animus (θυμός) affectibus tumescit. Utroque loco nomen notione corporali adhibetur, quod etiam pertinet ad versum 556 fabulae Aeschyleae, quae inscribitur Supplices, ubi homines, qui tunc erant, Ionem videntes χλωρῷ δείματι θυμὸν π ά λ λ ο ν τ(αι): cuius usus iam apud Homerum exemplum exstat in Il. H. 216 Ἕκτορί τ' αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι π ά τ α σ σ ε, qui versus ab Ebelingio refertur in eos, ubi nomen θυμός significet animum constantem, fortitudinem. Res eadem est Ψ 370 π ά τ α σ σ ε δὲ θυμὸς ἑκάστου νίκης ἱεμένων. Et hic et illic nomen θυμός eandem vim habet ac c o r. Eodem modo dicitur κραδίη στέρνοισι π α τ ά σ σ ε ι N 282, στήθεσι π ά λ λ ε τ α ι ἦτορ X 452, π α λ λ ο μ έ ν η κραδίην X 461. Verbum π ά λ λ ω intransitiva quae dicitur notione apud Homerum non invenitur, neque apud poetas tragicos nisi apud Sophoclem in fabula Oedipodis Regis v. 153 ἐκτέταμαι φοβερὰν φρένα δείματι π ά λ λ ω ν, ubi scholiasta adnotat: ἀντὶ τοῦ π α λ λ ό μ ε ν ο ς φόβῳ. Iebbius autem verbum transitive usurpatum esse putat „*governing* φρένα, *making my heart to shake; not intransitive, for* παλλόμενος, *with* φρένα *as accus. of the part affected. An intransitive use of* πάλλω *in this figurative sense is not warranted by such instances as Ar. Lys. 1304*

κοῦφα πάλλων, *'lightly leaping in the dance'* : *Eur. El. 435* ἔπαλλε δελφίς (= ἐσκίρτα), *'the dolphin leaped'* : *ib. 477* ἵπποι ἔπαλλον *'quivered'* (*in death*)". Sed videtur mihi non multum interesse inter usum verbi πάλλω hic et in versu Sophocleo, neque esse cur scholiastam non sequamur. Iebbius confert Aesch. Prom. 881 κραδία δὲ φόβῳ φρένα λακτίζει et pergit: „*so, when the speaker is identified with the troubled spirit within him, we can say* φρένα πάλλω, — *where* φρένα *has a less distinctly physical sense than in Aesch. l. c., yet has physical associations which help to make the phrase less harsh.*" Sed nomen φρήν per se iam notionem corporalem habet, quod idem de vocabulo θυμός dici non potest, quamquam eam nonnumquam, ut Aesch. Suppl. 556, asciscit.

Qui usus imprimis Aeschyleus esse videtur. Haec est causa, cur fragmentum, quod putatur Sophocleum 699 N (Ath. XV p. 688 A) libenter a Sophocle abiudicarem, si constaret quod Bamberger coniecit. Legitur enim in codd.: θυμῷ δ' οὔτις φαιδρὰ χορεύει τάρβους θυγατήρ, qui versus ab Athenaeo servatus est his verbis praecedentibus: καὶ ὁ Σοφοκλῆς δὲ τὰς ἀπολελυμένας τοῦ φόβου ποιεῖ λεγούσας . . . Ex quibus intellegitur aliquid in animo inesse, quod non est timor, quod autem timoris filia vocari potest. Nomen θυγατήρ mutari opus esse non videtur, si conferimus Ag. v. 495, ubi Aeschylus pulverem fratrem limi vocat: κάσις πηλοῦ . . . διψία κόνις ut S. c. Th. 494 fumum fratrem ignis: Τυφῶν' ἱέντα πύρπνοον διὰ στόμα λιγνὺν μέλαιναν, αἰόλην πυρὸς κάσιν ac S. c. Th. 351, ubi rapinae vocantur sorores persecutionum: ἁρπαγαὶ δὲ διαδρομᾶν ὁμαίμονες. Bamberger in versu Sophocleo coniecit θυμῷ δ' ἐλπὶς φαιδρὰ χορεύει, quam coniecturam probabilem esse putarem, si versus Aeschyleus esset. Nam

Aeschylus a metaphora audaciore non abhorret. Sed talia apud Sophoclem non leguntur. ’Ελπίς latiore sensu omnino est expectatio et ut latine spes significat expectationem tam bonam quam malam cf. ἐλπίζειν Ai. 799. Trach. 111.

Magis magisque evanescente vi corporali nomen legitur: AESCH. Suppl. 448 μῦθος . . . ἀλγεινὰ θυμοῦ κάρτα κινητήρια. SOPH. O. C. 434 ὁπηνίκ’ ἔζει θυμός, ἥδιστον δέ μοι τὸ κατθανεῖν ἦν.

Item cum verbis surgendi (turbandi) et sedandi coniungitur: (fortasse subicitur imago maris) SOPH. O. R. 914 ὑψοῦ γὰρ αἴρει θυμὸν Οἰδίπους ἄγαν λύπαισι παντοίαισιν. EUR. I. A. 125 οὐ μέγα φυσῶν θυμὸν ἐπαρεῖ σοὶ σῇ τ’ ἀλόχῳ; ubi θυμόν obiectum est et verbo φυσῶν et verbo ἐπαρεῖ. SOPH. O. C. 1466 ἔπτηξα θυμόν: animus meus ‹timore› contrahitur.

Vis vitalis, quae per totum corpus se diffundit, affectibus mixta dicitur; itaque efficit, ut homines laeti aut tristes sint. Sic Archilochus frgm. 66 τὸν θυμόν allocutus erat: θυμέ, θύμ’ . . . κήδεσιν κυκώμενε, quem versum secutus nisi fallor Headlamius in versu 994 fabulae Agamemnonis κυκλούμενον in κυκώμενον mutavit. Nominis θυμοῦ ita usurpati ex poetis tragicis unum tantum exemplum afferre possum: EUR. Hipp. 1114, ubi chorus optat, ut consequatur τύχαν μετ’ ὄλβου καὶ ἀκήρατον ἄλγεσι θυμόν.

Praeterea dolor τὸν θυμόν afficere dicitur apud Aeschylum Eum. v. 844 = v. 876: τίς μ’ ὑποδύεται πλευρὰς ὀδύνα θυμόν, quam vocem non habentem quo referatur Wilamowitzius supplevit verbo ἀμύσσουσ’ hiati vitandi et numerorum supplendorum causa. Verbum ἀμύσσειν cum nomine θυμός coniunctum etiam invenitur apud Homerum Il. A. 243: σὺ δ’ ἔνδοθι θυμὸν ἀμύξεις χωόμενος et eodem

modo apud Euripidem Cret. v. 12 H verbum δάκνειν: ἐς τί γὰρ βοὸς βλέψασ' ἐδήχθην θυμὸν αἰσχίστῃ νόσῳ; Qui morbus amor est, quo homo tantopere commoveri potest ut ὁ θυμός eum relinquere dicatur. EUR. Med. 8 ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' Ἰάσονος. 639 μηδέποτ' ἀμφιλόγους ὀργὰς ἀκόρεστά τε νείκη θυμὸν ἐκπλήξασ' ἑτέροις ἐπὶ λέκτροις προσβάλοι δεινὰ Κύπρις. Neque Aeschylus, neque Sophocles talem usum exhibet.

Cum verbis nihil animi proprium indicantibus nomen θυμός coniungitur: AESCH. Prom. 538 θυμὸν ἀλδαίνουσαν ἐν εὐφροσύναις. SOPH. O. R. 975 μή νυν ἔτ' αὐτῶν μηδὲν ἐς θυμὸν βάλῃς. EUR. frgm. 1039 N ὁ θυμὸς ἀλγῶν ἀσφάλειαν οὐκ ἔχει. ubi ὁ θυμός aliquid facere dictus vicibus hominis fungitur.

Non saepe apud poetas tragicos ὁ θυμός sedes affectuum dicitur; quare non indicavi, quos animi affectus poetae tragici cum nomine θυμός coniungant, sed in hoc vocabulo sub singula genera verborum eos affectus complecti praetuli. Nam *affectus, qui indicantur, idem fere sunt ac in voce φρένες (φρήν). Apud Aeschylum ὁ θυμός afficitur dolore, metu, gaudio, apud Sophoclem dolore, metu, (spe?) apud Euripidem dolore, ira, amore.* Magnum autem est discrimen in verbis, cum quibus utraque vox coniungitur. In exemplis enim s. v. φρήν allatis saepissime imaginem vasis, corporis solidi, aut membranae poetis tragicis ante oculos versatam esse constat ex verbis, quae cum nomine illo coniungunt. *Vox θυμός autem apud eos semper fere sibi asciscit verba, in quibus inest notio movendi atque semper* apud eos *ὁ θυμός surgere aut premi* dicitur, *numquam alio modo moveri.*

Aliquem affectum designans nomen θυμός ab Aeschylo s e p t i e s, a Sophocle q u i n q u i e s ab Euripide s e x i e s usurpatur.

III *Animus, animi appetitus, impetus, facultas, qua appetimus, quae nobis placent, declinamus vero contraria, voluntas.*

AESCH. Ag. 47 μέγαν ἐκ θυμοῦ κλάζοντες Ἄρη. Eum. 738 professa est Minerva se, praeter conubium cum viro, ceteris in rebus viros laudare ἅπαντι θυμῷ, κάρτα δ' εἰμὶ τοῦ πατρός. EUR. Med. 864 τέγξαι χέρα φονίαν τλάμονι θυμῷ. SOPH. O. C. 778 πλήρη δ'ἔχοντι θυμὸν ὧν χρήζοις, τότε δωροῖθ', ὅτ' οὐδὲν ἡ χάρις χάριν φέροι. El. 286 οὐδὲ γὰρ κλαῦσαι πάρα τοσόνδ' ὅσον μοι θυμὸς ἡδονὴν φέρει. EUR. Med. 310 ἐξέδου κόρην ὅτῳ σε θυμὸς ἦγεν. Hyps. 3 col. III 15 H τάδε μοι τάδε θυμὸς ὑδεῖν ἵεται, Δαναῶν δὲ πόνους ἕτερος ἀναβοάτω, ubi nos vocem θυμόν reddimus per „h a r t". Ea pars animi significatur, quae hominem incitat ut quid agat, s a e p e i n c o n s u l t e. Quo fit ut ὁ θυμός a ceteris animi partibus regendus et domandus sit. Est, sed raro, ubi ἡ φ ρ ή ν i d e m f a c e r e d i c a t u r a t q u e ὁ θ υ μ ό ς, sed tunc c u m c o n s i l i o agitur. De qua re conferendus est Soph. El. v. 286 cum Aesch. Suppl. v. 599 σπεῦσαι τι τῶν βούλιος φέρει φρήν.

SOPH. Ant. 493 φιλεῖ δ' ὁ θυμὸς πρόσθεν ᾑρῆσθαι κλοπεὺς τῶν μηδὲν ὀρθῶς ἐν σκότῳ τεχνωμένων. El. 1319 ἄρχ' αὐτὸς ὥς σοι θυμός. EUR. Hipp. 1087 σὺ δ' αὐτός, εἴ σοι θυμός, ἐξώθει χθονός. Alc. 829 βίᾳ δὲ θυμοῦ τάσδ' ὑπερβαλὼν πύλας ἔπινον ἀνδρὸς ἐν φιλοξένου δόμοις, πράσσοντος οὕτω. In quibus exemplis vox θυμός semper absoluta quae dicitur notione adhibita est, sed ita, ut significetur vis, quae homines m o v e t ad agendum. Nos reddimus per „z i n".

Magnum est discrimen, si eodem modo nomen φρήν

usurpatur. Opponamus ex. gr. Aesch. S. c. Th. v. 609 sqq. v. 829 sq. ex fabula Euripidea, quae inscribitur Alcestis. Versus Aeschylei hi sunt:

οὕτως δ' ὁ μάντις, υἱὸν Οἰκλέους λέγω,
σώφρων δίκαιος ἀγαθὸς εὐσεβὴς ἀνήρ
μέγας προφήτης ἀνοσίοισι συμμιγείς
θρασυστόμοισιν ἀνδράσιν βίᾳ φρενῶν
τείνουσι πομπὴν τὴν μακρὰν πάλιν μολεῖν
Διὸς θέλοντος συγκαθελκυσθήσεται.

Itaque Amphiaraos, vir a poeta virtutibus vere Platonicis praeditus comes versatur inter homines improbos, qui iter faciunt illuc, unde reditus longus erit, unde redire nemo poterit, quamquam scit hoc iter sibi molestum fore. Sed Iuppiter id voluit. Qua re, etsi meliora videbat, coactus alios principes sequebatur. Mentem igitur nomen φρένες hic significat.

Contra in versibus Euripideis supra allatis, qui dicit se invito animo in domo hospitali bibisse, Hercules est. Qui in fabula Alceste adhuc is est, qui labores neque sui ipsius neque aliorum causa suscipiat, sed quod laborare vult; qui laborat nulla ratione habitum utrum labor suus sibi aut aliis prosit necne, sed tantum quod animus eum ad laborandum impellit.

Illic virum videmus, cuius φρένες τὸν θυμόν regere dicuntur, hic autem, cuius θυμός regi non potest.

Med. 106 δῆλον δ' ἀρχῆς ἐξαιρόμενον νέφος οἰμωγῆς ὡς τάχ' ἀνάψει μείζονι θυμῷ· maiore impetu. Ubi θυμός dictus est de re inanima; οἰμωγῆς genitivus explicativus est ad nomen νέφος: nubes, initio querelarum tantum, mox maiore impetu (nam Medea, quae nunc queritur, mox ad vim descendet) incendet (ignem).

Animum, animi impetum, voluntatem indicans nomen

apud Aeschylum bis, apud Sophoclem quater, apud Euripidem sexies legitur.

IV *Ira*, quae homines ad agendum impellit, temporarius motus animi, aut *dolor*, condicio animi.

Coniungitur verbum aut nomen, in quo inest notio movendi aut compescendi: AESCH. Choe. 393 πάροιθεν δὲ πρῴρας δριμὺς ἄηται κραδίας θυμός, ἔγκοτον στύγος, quo versu locus, ubi τὸν θυμόν habitare poetae putant, indicatur. Adiectivum δριμύς usurpatur de affectu quodam animum incitanti, ut Hom. Λ 270 δριμὺ βέλος, ω 319 δριμὺ μένος (cf. Aristot. Eth. Nicom. 3. 11), ubi μένος est desiderium, quo Ulixes ad lacrimandum irritatur. SOPH. Ant. 1088 Tiresias puero imperat, ut se domum ducat: ἵνα τὸν θυμὸν οὗτος ἐς νεωτέρους ἀφῇ. EUR. Hec. 1055 ἀλλ' ἐκποδὼν ἄπειμι κἀποστήσομαι θυμῷ ῥέοντι Θρῃκὶ δυσμαχεστάτῳ, ubi probabat Cobetus quod Byzantini legunt: ζέοντι, ex analogia versus SOPH. O. C. 434 ἔζει θυμός, sed nomen θυμός cum variis verbis movendi coniungi potest. Versus mihi vertendi videntur: cedam viro Thraci, cum quo pugnare difficillimum est ob iram eius fluctuantem; itaque θυμῷ ῥέοντι subiungendum est adiectivo δυσμαχεστάτῳ. Phoen. 454 σχάσον δὲ δεινὸν ὄμμα καὶ θυμοῦ πνοάς. SOPH. O. C. 437 κἀμάνθανον τὸν θυμὸν ἐκδραμόντα μοι μείζω κολαστὴν τῶν πρὶν ἡμαρτημένων. O. R. 674 βαρὺς δ' ὅταν θυμοῦ περάσῃς. Trach. 1134 κἂν σοῦ στραφείη θυμός, εἰ τὸ πᾶν μάθοις.

SOPH. O. C. 874 οὔτοι καθέξω θυμόν, ἀλλ' ἄξω βίᾳ.

Notio movendi in ipso nomine θυμός non inest: EUR. Med. 879 οὐκ ἀπαλλαχθήσομαι θυμοῦ. Hipp. 1328 Κύπρις πληροῦσα θυμόν: iram explens. SOPH. Phil. 324 θυμὸν γένοιτο χειρὶ πληρῶσαί ποτε: tandem aliquando mihi contingat ut iram manu expleam. Talia etiam leguntur: SOPH. O. C. 768

ἀλλ' ἡνίκ' ἤδη μεστὸς ᾖ θυμούμενος. Plat. De Rep. 465 A. Leg. IV 717 D. Thuc. VII 68 ἀποπλῆσαι τῆς γνώμης τὸ θυμούμενον.

Absolute, nullo adiectivo adiecto, neque ullis vestigiis pristinae notionis manentibus nominis θυμοῦ usurpatur dativus, qui vocatur instrumentalis: SOPH. Ant. 1085 τοιαῦτά σου, λυπεῖς γάρ, ὥστε τοξότης ἀφῆκα θυμῷ καρδίας τοξεύματα κ.τ.λ.: talia tela cordi tuo, nam laedis me, ira incensus in te misi. O. R. 892 τίς ἔτι ποτ' ἐν τοῖσδ' ἀνὴρ θυμῷ βέλη ἔρξεται ψυχᾶς ἀμύνειν; Ita L; Herm. θεῶν, Musgrave εὔξεται. In cod. A supra θυμῷ βέλη scriptum esse τὴν θείαν δίκην Iebbius in adnot. ad v. 892 confirmat, θυμοῦ βέλη ad hunc sensum non spectare itaque pro θυμοῦ θεῶν legendum esse. Fortasse etiam versus Ant. 1085 valuit ad errorem pariendum. O. C. 659 πολλαὶ δ' ἀπειλαὶ πολλὰ δὴ μάτην ἔπη θυμῷ κατηπείλησαν. Trach. 1118 δός μοι σεαυτόν, μὴ τοσοῦτον ὡς δάκνῃ θυμῷ δύσοργος·: da mihi te ipsum (observa verba mea) non tantopere iratus, quantopere nunc ira incensus es.

addita praepositione ἀμφί: SOPH. frgm. 140 N ἀλλ' ἀμφὶ θυμῷ (ira incensus) τὴν κάκοσμον οὐράνην ἔρριψεν.

alii casus: EUR. Med. 1079 θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων. Hic opponuntur inter se θυμός, vis, quae aliquem ut aliquid agat incitat, et ratio. SOPH. O. C. 954 θυμοῦ γὰρ οὐδὲν γῆράς ἐστιν ἢ θανεῖν. EUR. Med. 1152 παύσῃ δὲ θυμοῦ. frgm. 718 N ὥρα δε θυμοῦ κρείσσονα γνώμην ἔχειν.

Pluralis θυμῶν legitur: SOPH. Ai. 717 μετεγνώσθη θυμῶν τ' Ἀτρείδαις μεγάλων τε νεικέων, ubi cod. A θυμον τ, v. l. θυμῶν, L θυμόν exhibet. Iebbius correxit: θυμοῦ, quod θυμοί, irae, apud poetas tragicos non legatur. Sed quoniam plura apud illos semel tantum leguntur et θυμοί graece dicitur forma θυμῶν videtur mihi mutanda non esse.

Saepe difficile est diiudicatu utrum temporarium statum

an condicionem animi vox θυμός designet. Ad dolorem referenda mihi videntur haec exempla:

adiectivo addito: SOPH. El. 331 θυμῷ ματαίῳ μὴ χαρίζεσθαι κενά. O. C. 1198 γνώσῃ κακοῦ θυμοῦ τελευτὴν ὡς κακὴ προσγίγνεται. EUR. Or. 702 ἔνεστι δ' οἶκτος, ἔνι δὲ καὶ θυμὸς μέγας.

absolute: EUR. Suppl. 555 γνόντας οὖν χρεὼν τάδε ἀδικουμένους τε μέτρια μὴ θυμῷ φέρειν.

Apud Homerum nomen saepius sedem irae, numquam ipsam iram significat, quae vocabuli vis ab illa impetus notione proxime abest, quod tum e locis compluribus, ut B 196, I 587 (θυμὸν πείθειν = iram lenire), tum e verbis quibusdam, quae ab illo vocabulo formantur (θυμοῦν, θύμωμα, θύμωσις) optime perspici potest. (Helbig, dissert. de vi et usu vocabulorum φρένες etc. pag. 21).

Iram, dolorem vocabulum apud Aeschylum semel, apud Sophoclem sexies decies, apud Euripidem novies indicat.

V In multis ex iis exemplis, quae supra allata sunt, iam inest aliquid, quod ad *mores* hominis spectat. Θυμός vocatur:

1. ***animus pronus ad iram, iracundia.***

SOPH. O. C. 1192 εἰσι χἀτέροις γοναὶ κακαὶ καὶ θυμὸς ὀξύς (cf. infra p. 169 s. v. ὀξύθυμος). Tr. 881 τίς θυμὸς ἢ τίνες νόσοι;

2. ***spiritus, superbia.***

Soph. Ant. 1097 τό τ' εἰκαθεῖν γὰρ δεινόν, ἀντιστάντα δὲ ἄτῃ πατάξαι θυμὸν ἐν δεινῷ πάρα: cedere enim molestum est, sed etiam hoc mihi molestum resistendo animum (superbiam) calamitate afficere — vox sane nimis exilis et exsanguis pro graeco verbo πατάσσειν, fortasse sumpto ab Homeri Il. H 216. O. C. 592 ὦ μῶρε, θυμὸς δ' ἐν κακοῖς οὐ ξύμφορον. Eur. Suppl. 480 ἐλπὶς γάρ ἐστ' ἄπιστον, ἣ

πολλὰς πόλεις συνῆψ', ἄγουσα θυμὸν εἰς ὑπερβολάς. frgm. 257 N πολλοὺς δ' ὁ θυμὸς ὁ μέγας ὤλεσεν βροτῶν.

3. *animus improbus, audacia.*

EUR. Heracl. 924 ἔσχεν δ' ὕβριν ἀνδρὸς ᾧ θυμὸς ἦν πρὸ δίκας βίαιος.

4. *fortitudo.*

AESCH. S. c. Th. 507 Ὑπέρβιος δὲ κεδνὸς Οἴνοπος τόκος... οὔτ' εἶδος οὔτε θυμὸν οὐδ' ὅπλων σχέσιν μωμητός. SOPH. Ai. 1124 ἡ γλῶσσά σου τὸν θυμὸν ὡς δεινὸν τρέφει! Verba sunt Menelai ad Teucrum ironice dicta.

5. *Mores* in universum.

AESCH. Choe. 422 λύκος γὰρ ὥστ' ὠμόφρων ἄσαντος ἐκ ματρός ἐστι θυμός, de quo versu vide supra pag. 66. SOPH. Ai. 954 ἦ ῥα κελαινώπαν θυμὸν ἐφυβρίζει ὁ πολύτλας ἀνήρ, quem versum Iebbius vertit: „*Doubtless the patient hero exults in his dark soul.*" Ad adiectivum κελαινώπαν (κελαινός, ὤψ) idem monet id non idem esse ac κελαινόν: „*the second part of the compound suggests the dark soul which watches from its place of concealment with malevolent joy.*"

Inde ab Homero vocabula θυμός etc. coniuncta cum adiectivis et verbis, quibus niger, ater significatur usurpantur.

Hom. Il. A 103 φρένες ἀμφιμέλαιναι.

Theogn. 1199 κραδίην ἐπάταξε μέλαιναν.

Aesch. Pers. 113 μελαγχίτων φρήν.

Suppl. 785 κελαινόχρως καρδία.

Choe. 414 σπλάγχνα κελαινοῦται.

Eum. 459 κελαινόφρων μήτηρ.

Soph. Ai. 954 κελαινώπαν θυμόν.

Cf. etiam κραδίη πόρφυρε Hom. Od. κ 309. Μέλας apud Homerum praeter alia color aquae dicitur. Goebel (Z. f. G. 1855 p. 536, 1864 p. 628) nisus loco Ps. Aristot. de col. 1 interpretatur aquam vehementer commotam, quia excitata

radios lucis non regerat; cf. praeterea schol. BEFPQV ad Od. κ 309.

Κελαινός vocatur apud Homerum terra procella obscurata et fluctus vento excitatus.

Cum μέλας tum κελαινός animus dici potest; nam φρήν est quasi membrana, quae affectibus gravioribus vibrat fluctuatque, nomen θυμός autem cum origine vocis θυέλλης cohaeret. Ex analogia nomini καρδία quoque hoc adiectivum adiungi potest; cor enim κελαινόχρως vocari potest, quoniam corpus solidum est, item σπλάγχνα, quae ἐν φρεσί posita sunt, sic vocari possunt.

Itaque ἀμφιμέλαιναι, μέλαιναν, μελαγχίτων, κελαινόχρως, κελαινοῦται saepe quidem de animo vehementer commoto dicitur, sed haec significatio in versum Ai. 954 omnino non quadrat neque in versum Eum. 459. Etenim de animo Ulixis dici non potest. Ulixes hic fingitur homo dolosus, versutus, qui intimas suas cogitationes numquam aperit, natura tristi et recondita, ita ut homines nesciant, quo animo is in ipsos sit atque semper aliquid mali ex eo sibi exspectent. Is est „the dark soul which watches from its place of concealment with malevolent joy."

Eandem significationem κελαινός habet in adiectivo composito κελαινόφρων Eum. 459; verba sunt Orestis de patre narrantis: ἔφθιθ' οὗτος οὐ καλῶς, μολὼν ἐς οἶκον, ἀλλά νιν κελαινόφρων ἐμὴ μήτηρ κατέκτα. Est φρήν imprimis sedes cogitandi, locus, ubi homines aliquid meditantur. Clytaemestra κελαινόφρων vocatur, quod animus eius niger, malus, clam id consilium iniit, quod nemo exspectavit, quamquam omnes mali aliquid praesagiebant.

Clytaemestra condemnata est iudicio scriptorum veterum, quod ita se gessit in eos, quos eam amicissimos sibi indicare oportebat. Item Ulixi, cui ceterum doloso vocari

honori est, quod ita se praebuit adversus inimicos, adiectivum κελαινώπαν ut etiam πολύτλας hoc versu ab Aiace cum contumelia attribuitur. Et recte scholiasta ad hunc versum interpretatur:

κελαινώπαν: οἷον οὐκ ἐν τῷ φανέρῳ ἀλλ' ἐν σκότῳ ἤδη βλεπόμενον καὶ μέλανα, καὶ οἷον κεκρυμμένον καὶ δόλιον καὶ οὐχ ἁπλοῦν θυμὸν ἐφυβρίζει.

Est ubi nomen θυμός coniungatur cum adiectivis compositis in -φρων desinentibus; cum enim personae vicibus fungitur eum non solum sensibus sed etiam φρεσί poetae ornant.

AESCH. S. c. Th. 52 σιδηρόφρων γὰρ θυμὸς ἀνδρείᾳ φλέγων. EUR. I. A. 919 ὑψηλόφρων γὰρ θυμὸς αἴρεται πρόσω. frgm. 362. 34 N γυναικόφρων γὰρ θυμὸς ἀνδρὸς οὐ σοφοῦ.

Mores significans nomen θυμός apud Aeschylum t e r, apud Sophoclem s e x i e s, apud Euripidem q u i n q u i e s legitur.

VI *Homo ipse.*

EUR. Med. 1056 μὴ δῆτα, θυμέ, μὴ σύ γ' ἐργάσῃ τάδε. Hic designatur vis in homine vivens, quae eum incitat, ut aliquid agat, etiam inconsulte. Is est equus malus et contumax, quem regere aurigae multum affert difficultatis. Archilochus primus τὸν θυμόν ipse allocutus est frgm. 66 B: θυμέ, θύμ' ἀμηχάνοισι κήδεσιν κυκώμενε, ἀνὰ δ' ἔχευ, sed alia notione (cf. pag. 151), tum Theognis v. 877 B ἥβα μοι φίλε θυμέ et v. 1029 B τόλμα, θυμέ, κακοῖσιν ὅμως ἄτλητα πεπονθώς. Ad versum Euripideum etiam conferatur: Neophr. frgm. 2 N τί δράσεις θυμέ .... ποῖ ποτ' ἐξῇξας τάλας;

Hominem ipsum indicans vocativus nominis θυμοῦ apud Euripidem s e m e l invenitur.

VII *Sedes divinandi facultatis,* qua speciem alicuius rei nobis animo confirmare possumus, sed non omnibus ex

partibus veram speciem, quam ὁ νοῦς solus capere potest, de quibus vide supra pag. 147. Ὁ θυμός hominis, qui aliquid facit, instar inducitur.

AESCH. Pers. 11 κακόμαντις ἄγαν ὀρσολοπεῖται θυμὸς ἔσωθεν. EUR. Andr. 1072 αἰαῖ πρόμαντις θυμὸς ὥς τι προσδοκᾷ. AESCH. frgm. 243 N ἔχων δὲ τούτων θυμὸν ἱππογνώμονα, quod adiectivum scholiasta ad Ai. v. 143 sic interpretatus est: ἱππογνώμονα: τὸν μέγα‹λογν›ώμονα, praecedentibus his verbis: τὸ γὰρ ἵππος ἐπὶ μεγάλου τάσσεται ὡς ἱπποσέλινον. Fortasse adiectivum illam significationem ascivit, quod is, qui artis equestris et equorum peritus erat iudicio Atheniensium usu magnarum rerum praeditus erat. SOPH. El. 1347; de hoc versu vide supra pag. 147.

Sedem divinandi facultatis nomen θυμός apud Aeschylum b i s, apud Sophoclem s e m e l, apud Euripidem s e m e l indicat.

VIII *Locus, quo concipiuntur res sensibus perceptae.* Qua significatione, tametsi proprie rem incorporalem designat, fit quasi vas, quod aliquid capere potest, ut φρένες, aut ut homo oculis, voce, auribus ornatur. Id ex analogia vocis φρενός factum esse puto; primum ὁ θυμός apud poetas vicibus hominis fungebatur, deinde ut homo sensibus ornabatur.

AESCH. Prom. 706 τοὺς ἐμοὺς λόγους θυμῷ βάλε: verba mea in pectus animumque demitte; idem igitur valet θυμῷ βάλλειν ac ἐν φρεσὶ βάλλειν. SOPH. O. R. 975 autem μὴ νῦν ἔτ' αὐτῶν μηδὲν ἐς θυμὸν βάλῃς: ulla ex iis rebus commoveri noli, nomen θυμός significat locum, quo animi affectus concipiuntur. Nam res, de quibus agitur in animum iniciuntur et cum vi vitali se diffundunt per corpus hominis, itaque eum perturbant.

SOPH. frgm. 600 N πόλλ' ἐν κακοῖσι θυμὸς εὐνηθεὶς ὁρᾷ. AESCH. Ag. 992 τὸν δ' ἄνευ λύρας ὅμως ὑμνῳδεῖ θρῆνον Ἐρινύος αὐτοδίδακτος ἔσωθεν θυμός. EUR. El. 578 συμβόλοισι γὰρ τοῖς σοῖς πέπεισμαι θυμόν.

Hac notione nomen θυμός apud Aeschylum b i s, apud Sophoclem s e m e l, apud Euripidem s e m e l invenitur.

IX *Animus, ferocia animalium.*

SOPH. El. 26 ὥσπερ γὰρ ἵππος εὐγενής, κἂν ᾖ γέρων, ἐν τοῖσι δεινοῖς θυμὸν οὐκ ἀπώλεσεν. EUR. Herc. 1211 κατάσχεθε λέοντος ἀγρίου θυμόν. Rhes. 786 θυμὸν πνέουσαι (de equis).

Ferociam animalium nomen θυμός apud Sophoclem s e m e l, apud Euripidem b i s significat.

Nomen θυμός etiam legitur: EUR. Hyps. frgm. 10. 11 H v. 12 φύγαδες δορὶ θυμόν, ubi quid significet, divinari non possum, sed lectio dubia est.

Aeschylus solus vocabulum θυμόν adhibet ad significandam vim vitalem, quae hominem morientem relinquit; Euripides solus notione animae, spiritus. Apud Aeschylum ὁ θυμὸς πάροιθεν τῆς καρδίας habitat (Choe. 309), qui versus etiam unus est, ubi i r a indicatur, qua notione Sophocles et Euripides nomen frequenter exhibent.

S e d s e m p e r f e r e p r o p r i a e s t n o m i n i s θ υ μ ο ῦ s i g n i f i c a t i o m o v e n d i, i n v e r b o a u t a d i e c t i v o q u o d a m a d d i t o e x p r e s s a. Qua re apparet magnum esse discrimen inter nomina θυμόν et φρένας (φρένα), cuius notio primaria corporalis est, vocis θυμοῦ autem incorporalis. Neque umquam idem ac νοῦς, ut Homerus nomen adhibet, apud poetas tragicos valet.

De Adiectivis cum Substantivo θυμός compositis.

Cum praepositionibus formantur:

ἐνθύμιος
περίθυμος
πρόθυμος
ὑπέρθυμος

ἐνθύμιον est, quod ἐν τῷ θυμῷ inest. Quoniam ὁ θυμός est vis, quae per totum corpus se diffundit, quae numquam acquiescit, necesse est ea quoque, quae in animo sunt subito cum eo surgere. Ita fit, ut perpetuo ea adesse sentiamus atque eae res semper nobis curae sint. Adiectivum bis apud Sophoclem, bis apud Euripidem legitur.

SOPH. O. R. 739 τί δ' ἐστί σοι τοῦτ' Οἰδίπους ἐνθύμιον; de iis, quae in animo sunt et religionem habent. Iebbius confert Thuc. VII 50 ἡ σελήνη ἐκλείπει .... καὶ οἱ 'Αθηναῖοι .... ἐπισχεῖν ἐκέλευον τοὺς στρατηγοὺς ἐνθύμιον ποιούμενοι. Postea ἐνθύμιος adiectivum est, quo significatur memoria irata eius, qui trucidatus est. Cf. Rohde Psyche pag. 152 A, ubi agit de religionibus in causis de parricidio actis ex orationibus Antiphontis. „*Betheiligt an der Verfolgung der Mörder sind* ὁ τεθνεώς, οἱ νόμοι *und* οἱ θεοὶ οἱ κάτω *or.* 1. 31 ... *So wechselt auch*: ἐνθύμιος ὁ ἀποθανών (1 γ' 10) *und* τὸ ἐνθύμιον (2 α' 2; 2 δ' 9). *In diesem Vorstellungskreise bedeutet offenbar* ἐνθύμιον *(als festgeprägter Ausdruck für solche Superstitionen) das zürnende Gedenken, das Racheverlangen des Ermordeten.* (— ἐνθύμιον ἔστω Δάματρος καὶ Κούρας. *Collitz Dialektinschr.* 3541. 8)."

Ceterum de iis, quae in animo sunt et curae sunt; quae significatio primaria est.

SOPH. Trach. 110 ἐνθυμίοις εὐναῖς ἀνανδρώτοισι τρύχεσθαι;

quod lectus a marito relictus ei semper in animo est et curae est, Deianira cubans cura affici dicitur; lectus, a marito relictus, eam semper de marito admonet. Schol. ad Soph. Trach. 109 satis neglegenter interpretatus est: ἐνθυμίοις εὐναῖς: ταῖς μεριμνητικαῖς, ταῖς πολυφροντίστοις· ἀνανδρώτοισι δὲ ταῖς ἐρήμοις τοῦ ἀνδρός.

EUR. Herc. 722 ἡμεῖς, ἐπειδὴ σοὶ τόδ' ἔστ' ἐνθύμιον, οἱ δειμάτων ἔξωθεν ἐκπορεύσομεν σὺν μητρὶ παῖδας, ad quem versum Wilamowitzius Herakles pag. 371 de vocabulo agit et praeter l.l. affert: Hom. Od. ν. 421 Herodot. VIII 54. *„dann schwindet das wort mit der frömmigkeit und hält sich nur im aberglauben, oder archaisten greifen, zum teil misverständlich, darauf zurück."*

Praeterea de voce disseruit H. Mutschmann in Wochenschr. f. klass. Philol. 1911. 6. 164, initium ducens a significatione apud Herodotum II 175. VIII 54.

EUR. Io 1347 ἐνθύμιόν μοι τότε τίθησι Λοξίας.

In Odyssea semel ἐνθύμιος occurrit: ν 421 μὴ δή τοι κεῖνός γε λίην ἐνθύμιος ἔστω, is quidem ne sit tibi nimis curae. Eadem notione apud Homerum καταθύμιος legitur (K 383 P 201 χ 392), quae vox postea τὸ ἀρεστόν, τὸ κατὰ νοῦν significat.

π ε ρ ί θ υ μ ο ς est, qui θυμῷ alios vincit. Hic θυμός semper notionem irae habet, περίθυμος est, qui *graviter iratus* est. Semel adiectivum, semel adverbium περιθύμως apud Aeschylum invenitur.

AESCH. S. c. Th. 724 τελέσαι τὰς περιθύμους κατάρας Οἰδιπόδα βλαψίφρονος, ubi adiectivum de homine ad rem transfertur. Choe. 42 μέμφεσθαι τοὺς γᾶς νέρθεν περιθύμως τοῖς κτανοῦσί τ' ἐγκοτεῖν.

π ρ ό θ υ μ ο ς est, cuius θυμός ad aliquid pronus est, qui stu-

diosus est alicuius aut alicuius rei, alicui benevolus, paratus ad aliquid faciendum, studiosus, qui libenter, cum gratia aliquid agit, qui cupidus, avidus est alicuius rei faciendae. Numquam reddendum est vocabulum per „propitius", quod adiectivum diis solis attribuitur; de d i i s autem vox π ρ ό θ υ μ ο ς n u m q u a m usurpatur, (licet eorum memoretur προθυμία cf. pag. 181) sed adhibetur π ρ ό φ ρ ω ν. Adiectivum, quo imprimis Euripides uti amat, a p p e t i t u m, t e m p o r a r i u m s t a t u m, non c o n d i c i o n e m a n i m i indicat. Semel apud Aeschylum, bis apud Sophoclem, tricies ter apud Euripidem. Significatur:

1. *studiosus, industrius.*

EUR. Hec. 307 ἐν τῷδε γὰρ κάμνουσιν αἱ πολλαὶ πόλεις, ὅταν τις ἐσθλὸς καὶ πρόθυμος ὢν ἀνὴρ μηδὲν φέρηται τῶν κακιόνων πλέον. Herc. 113 ἐστάλην . . . τρομερὰ μέν, ἀλλ' ὅμως πρόθυμα. 310 τὰς τῶν θεῶν γὰρ ὅστις ἐκμοχθεῖ τύχας, πρόθυμός ἐστιν, ἡ προθυμία δ' ἄφρων. I. T. 910 τῇ τύχῃ δ' οἶμαι μέλειν τοῦδε ξὺν ἡμῖν· ἢν δέ τις πρόθυμος ᾖ, σθένειν τὸ θεῖον μᾶλλον εἰκότως ἔχει: si quis operam navat. 1023 οὐκ ἂν δυναίμην· τὸ δὲ πρόθυμον ᾔνεσα, studium, ut Med. 178.

2. *cupidus, avidus.*

Additur infinitivus. SOPH. El. 3 νῦν ἐκεῖν' ἔξεστί σοι παρόντι λεύσσειν, ὧν πρόθυμος ἦσθ' ἀεί. EUR. Bacch. 829 οὐκέτι θεατὴς μαινάδων πρόθυμος εἶ: non iam cupidus es Maenadum spectandarum; Maenadas nondum videbat, θεατής hic vim habet verbi θεᾶσθαι. 912 σὲ τὸν πρόθυμον ὄνθ' ἃ μὴ χρέων ὁρᾶν. Hec. 1201 τίνα δὲ καὶ σπεύδων χάριν πρόθυμος ἦσθα (sc. κτανεῖν); Hel. 1523 πῶς; εἰδέναι πρόθυμος· οὐ γὰρ ἐλπίδων ἔσω βέβηκα. Heracl. 577 πειρῶ δὲ σῶσαι μὴ θανεῖν πρόθυμος ὤν. 617 ἀλλὰ μάταν ὁ πρόθυμος (sc. ἀπωθεῖν) ἀεὶ πόνον ἕξει. 731 εἴθ' ἦσθα δυνατὸς δρᾶν ὅσον πρόθυμος εἶ. Herc. 325 τἄλλα δ', εἰ πρόθυμος εἶ, πρᾶσσ'·

οὐ γὰρ ἀλκὴν ἔχομεν ὥστε μὴ θανεῖν. Hipp. 693 ὄλοιο καὶ σὺ χὤστις ἄκοντας φίλους πρόθυμός ἐστι μὴ καλῶς εὐεργετεῖν. 1006 οὐδὲ ταῦτα γὰρ σκοπεῖν πρόθυμός εἰμι, παρθένον ψυχὴν ἔχων. Io 46 ὑπέρ τε θυμέλας διορίσαι πρόθυμος ἦν. Or. 1629 Ἑλένην μὲν ἣν σὺ διολέσαι πρόθυμος ὢν ἥμαρτες. Rhes. 63 κἀγὼ μὲν ἢ πρόθυμος ἰέναι δόρυ.

τὸ πρόθυμον pro nomine προθυμία: EUR. I. T. 989 τὸ μὲν πρόθυμον, πρίν σε δεῦρ' ἐλθεῖν, ἔχω Ἄργει γενέσθαι καὶ σέ, σύγγον', εἰσιδεῖν.

3. *paratus ad aliquid faciendum, libenter, cum gratia agens.* Adiectivum hac notione infinitivum sibi asciscit. Heracl. 425 ἀλλ' ἦ πρόθυμον οὖσαν οὐκ ἐᾷ θεὸς ξένοις ἀρήγειν τήνδε χρήζουσιν πόλιν; 1010 μ' οὐ διώλεσαν τότε πρόθυμον ὄντα (sc. κατθανεῖν). Med. 720 πολλῶν ἕκατι τήνδε σοι δοῦναι χάριν, γύναι, πρόθυμός εἰμι. frgm. 326. 7 N δοῦναι δὲ πᾶς τις μᾶλλον ὀλβίῳ κακῷ πρόθυμός ἐστιν ἢ πένητι κἀγαθῷ. frgm. 495. 4 N θῆρ' ἑλεῖν πρόθυμος ὤν.

Adverbium προθύμως, *libenter.* AESCH. Ag. 1591 (Ἀτρεύς) προθύμως μᾶλλον ἢ φίλως πατρὶ τὠμῷ . . . . παρέσχε δαῖτα. EUR. Heracl. 550 εἰ . . . . βούλεσθέ μοι χρῆσθαι προθύμως, τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἐγὼ δίδωμ' ἑκοῦσα τοῖσδε.

4. *studiosus, benevolus.*

Coniungitur saepe dativus personae. EUR. Med. 178 εἴ πως βαρύθυμον ὀργὰν καὶ λῆμα φρενῶν μεθείη, μήτοι τό γ' ἐμὸν πρόθυμον φίλοισιν ἀπέστω. 485 σὺν σοί, πρόθυμος μᾶλλον ἢ σοφωτέρα. 1146 πρόθυμον εἶχ' ὀφθαλμὸν εἰς Ἰάσονα, ubi adiectivum a persona transfertur ad oculum eius. Hyps. frgm. 41. 7 H ἐπεὶ δ' ἐμοὶ πρόθυμος ἦσθ' ὅτ' ἠντόμην, ἀπέδωκα κἀγὼ σοὶ πρόθυμ' ἐς παῖδε σώ. SOPH. Ai. 37 ἔγνων, Ὀδυσσεῦ, καὶ πάλαι φύλαξ ἔβην τῇ σῇ πρόθυμος εἰς ὁδὸν κυναγίᾳ, ubi adiectivum pertinet ad custodem, non ad ipsam deam.

Neutr. plur. πρόθυμα pro substantivo προθυμία legitur: EUR. Hyps. frgm. 41. 8 H, de quo vide supra p. 166. ib. frgm. 34. 61 H [ὅπως λάβω] στρατιᾶς πρόθυμα.

5. *gratus, iucundus.*

De hominibus aut rebus, quae placent alicui, quas cupit aliquis: EUR. El. 395 ὡς ἐμοὶ πένης εἴη πρόθυμος πλουσίου μᾶλλον ξένος. Io 1173 πρόθυμα πράσσων. Troad. 355 καὶ πέμπε, κἂν μὴ τἀμά σοι πρόθυμά γ' ᾖ, ὤθει βιαίως.

ὑ π έ ρ θ υ μ ο ς est, qui θυμῷ alios homines vincit, idem, quod περίθυμος: *graviter iratus.*

Adverbium ὑπέρθυμος semel apud Aeschylum.

AESCH. Eum. 824 οὐκ ἔστ' ἄτιμοι μηδ' ὑπερθύμως ἄγαν θεαὶ βροτῶν κτίσητε δύσκηλον χθόνα.

Apud Homerum adiectivum ὑπέρθυμος m a g n a n i m u m, f e r o c e m significat et est epitheton militem fortem ornans. Ter autem ab eo cum vituperatione adhibetur; semel in Iliade (E 376), bis in Odyssea (η 59 ξ 209).

C u m p r a e f i x i s ἀ- et δυσ- c o m p o s i t a s u n t:

ἄθυμος

δύσθυμος.

ἄ θ υ μ ο ς. Quoniam unusquisque θυμόν habet, vox ἄθυμος translatam tantum notionem habere potest. ἄθυμος vocatur:

1. *qui pusillo animo est, fortitudine caret.*

Semel apud Aeschylum, ter apud Sophoclem. AESCH. S. c. Th. 615 δοκῶ μὲν οὖν σφε μηδὲ προσβαλεῖν πύλαις, οὐχ ὡς ἄθυμος οὐδὲ λήματος κάκῃ. SOPH. Ant. 1219 τάδ' ἐξ ἀθύμου δεσπότου κελευσμάτων ἠθροῦμεν. O. R. 319 τί δ' ἔστιν; ὡς ἄθυμος εἰσελήλυθας. frgm. 841 N οὐ τοῖς ἀθύμοις ἡ τύχη ξυλλαμβάνει.

2. *res, quae hominem* ἄθυμον *reddit.*

Semel apud Aeschylum. Eum. 770 τοῖς τἀμὰ παρβαίνουσι νῦν ὁρκώματα .... ὁδοὺς ἀθύμους καὶ παρόρνιθας πόρους τίθεντες, ὡς αὐτοῖσι μεταμέλῃ πόνος. 'Οδὸς ἄθυμος est iter, quod efficit, ut quis desperet, pusillo animo fiat, ut animus alicuius frangatur.

δ ύ σ θ υ μ ο ς est, cuius θυμὸς κακῶς ἔχει, qui animo demisso, aegro est atque ex eo *morosus, stomachosus, tristis.*

Bis apud Sophoclem. El. 218 σᾷ δυσθύμῳ τίκτουσ' ἀεὶ ψυχᾷ πολέμους, ubi ἡ ψυχή, quo nomine poeta utitur pro homine ipso, θυμῷ praedita est. 550 ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ εἰμὶ τοῖς πεπραγμένοις δύσθυμος· Verba sunt Clytaemestrae ad Electram.

Contra δ υ σ μ ε ν ή ς semper est i n i m i c u s, m a l e v o l u s, item plerumque δ ύ σ φ ρ ω ν.

O p e a d v e r b i i εὖ f o r m a t u m e s t:

ε ὔ θ υ μ ο ς. Ita vocatur is, cuius animus εὖ ἔχει, *qui bono animo, hilaris est.* Semel apud Aeschylum adiectivum, semel adverbium legitur.

AESCH. Pers. 372 τοιαῦτ' ἔλεξε κάρθ' ὑπ' εὐθύμου φρενός, ubi ἡ φρὴν εὔθυμος vocari potest, quia sedes τοῦ θυμοῦ est. Non assentior scholiastae ad hunc versum adnotanti: ὑπὸ ἀλαζόνος καὶ τερπομένης διανοίας λίαν. Vox enim media est sine vituperatione usurpata, nam nuntius sine ira et studio narrat. Ag. 1592 δοκῶν κρεουργὸν ἦμαρ εὐθύμως ἄγειν, 'Ατρεὺς παρέσχε δαῖτα παιδείων κρεῶν. „g e n i a l i t e r."

Apud Homerum semel adiectivum εὔθυμος occurrit: ξ 63, ubi benevolum significat, idem ergo valet ac εὔφρων et εὐμενής.

Cum adiectivis componuntur:

βαρύθυμος
ὀξύθυμος
ῥᾴθυμος
ὠμόθυμος

βαρύθυμος est, cuius θυμὸς βαρύς est, qui *tristis*, ut nos dicimus „zwaarmoedig" est.

Semel apud Euripidem. Med. 176 εἴ πως βαρύθυμον ὀργὰν καὶ λῆμα φρενῶν μεθείη. Quo versu Medeae vitium ad iram eius transfertur. Quodammodo ὁ βαρύθυμος opponitur τῷ ὀξυθύμῳ Med. 319.

ὀξύθυμος vocatur is, cuius θυμὸς ὀξύς est. Vocabulum θυμός plerumque adhiberi, ubi de sensibus, de contractione animi agitur, iam vidimus. Sic etiam in composito ὀξύθυμος nomen θυμός usurpatur. Est locus, ubi ὀξύς et θυμός non colligata inter se leguntur: Soph. O. C. 1192 εἰσὶ χἀτέροις γοναὶ κακαὶ καὶ θυμὸς ὀξύς.

Aciem gladii, hastae, etc. sentire possumus, luce candida oculi nostri, sonitu acuto aures nostrae afficiuntur. Idem de gustu dici potest. Tum, si vel minimas motiones oculi, aures, animus percipiunt, translate ipsi ὀξεῖς vocantur. Latine quoque oculi acres atque acuti dicuntur, animus acer, acerbus, mens acuta (cf. acies mentis). Is, cuius animus ὀξύς est, levissimis rebus commovetur, irritabilis, pronus ad iram est.

Quoniam ὁ θυμός nonnumquam ἐν φρενί habitans fingitur, ἡ φρήν autem locus est, quo omnes animi motus, omnes mentis rationes concipiuntur, τὴν φρένα θήγειν pro τὸν θυμὸν dicitur. Semel apud Euripidem legimus ὀξύφρων: Med. 640 Κύπρις ὀξύφρων κρίνοι λέχη γυναικῶν, ubi scholiasta praeter

nugas etiam adnotat: ὀξείας καὶ μεγάλας ἐπιθυμίας ἔχουσα— perperam, nam hic de mente intellegendum est. Τὴν φρένα παροξύνειν Euripides exhibet Alc. 674: φρένας συνθήγειν, Hipp. 689: οὗτος γὰρ ὀργῇ συντεθηγμένος φρένας: is autem ira exasperatus. Verbum θήγειν etiam cum nomine λῆμα coniungitur; λῆμα non solum voluptatem, sed etiam alios animi motus vehementiores significat, ita ut verti possit „i r a." Eur. Or. 1625 παῦσαι λῆμ' ἔχων τεθηγμένον: omitte iram acerbam. Quia ἡ φρήν et ὁ θυμός interdum ipsam personam significant, θήγειν τινα dicitur: Aesch. Suppl. 186 τεθηγμένος ὠμῇ ξὺν ὀργῇ τονδ' ἐπόρνυται στόλον. S. c. Th. 715 τεθηγμένον τοί μ' οὐκ ἐπαμβλύνεις λόγῳ, quo versu θήγειν et ἐπαμβλύνειν inter se opponuntur ut etiam in versu emendationem desideranti Soph. frgm. 808. 2 N et latine acuere et hebetare. Conferenda quoque sunt: Soph. O. R. 688 καταμβλύνειν κέαρ, Aesch. S. c. Th. 907 ὀξυκάρδιος.

Denique verba eius, qui τεθηγμένος est acerba vocantur: Aesch. Prom. 311 εἰ δ' ὧδε τραχεῖς καὶ τεθηγμένους λόγους ῥίψεις... Soph. Ai. 584 οὐ γάρ μ' ἀρέσκει γλῶσσά σου τεθηγμένη.

Adiectivum ὀξύθυμος semel apud Aeschylum, ter apud Euripidem occurrit.

AESCH. Eum. 705 Minerva Atheniensibus: „habebitis, inquit, αἰδοῖον, ὀξύθυμον, εὑδόντων ὕπερ ἐγρηγορὸς φρούρημα γῆς." EUR. Bacch. 671 τὸ γὰρ τάχος σου τῶν φρενῶν δέδοικ', ἄναξ, καὶ τοὐξύθυμον καὶ τὸ βασιλικὸν λίαν: metuo tibi, rex, quod tam rapidus es in consiliis capiendis et tam pronus ad iram; τὸ τάχος τῶν φρενῶν ad mentem, τοὐξίθυμον ad animum spectat. Med. 319 γυνὴ γὰρ ὀξύθυμος, ὡς δ' αὔτως ἀνήρ, ῥᾴων φυλάσσειν ἢ σιωπηλὸς σοφός. Or. 1198 ἣν δ' ὀξυθύμου μὴ κρατῶν φρονήματος κτείνῃ σε, καὶ σὺ σφάζε παρθένου δέρην.

ῥ ᾴ θ υ μ ο ς est, cuius θυμὸς ῥᾳδιός est, qui animo facili est. Significatur is, qui *neglegens, ignavus* est, qui nulla re movetur. A poetis tragicis in malam tantum partem usurpatur vox. Semel apud Sophoclem, semel apud Euripidem.

SOPH. El. 958 ποῖ γὰρ μενεῖς ῥᾴθυμος; quo usque tandem ignava manebis? Verba sunt Electrae cum vituperatione dicta ad Chrysothemidem. EUR. frgm. 237 N νεανίαν γὰρ ἄνδρα χρὴ τολμᾶν ἀεί· οὐδεὶς γὰρ ὢν ῥᾴθυμος εὐκλεὴς ἀνήρ, ἀλλ' οἱ πόνοι τίκτουσι τὴν εὐδοξίαν.

ὠ μ ό θ υ μ ο ς vocatur is, cuius θυμὸς ὠμός est, cuius animus *crudus, crudelis, durus* est. Adiectivum de Aiace dictum eandem fere notionem habet ac ὠμόφρων.

Semel apud Sophoclem. Ai. 885 τίς . . . . μοι . . . . τὸν ὠμόθυμον εἴ ποθι πλαζόμενον λεύσσων ἀπύοι;

C u m s t i r p e v e r b i δάκνειν c o h a e r e n t:

δακέθυμος
δηξίθυμος

δ α κ έ θ υ μ ο ς, τὸν θυμὸν δάκνων, *acerbissimus.*

Semel apud Sophoclem. Phil. 705 ἀνίκ' ἐξανείη δακέθυμος ἄτα.

δ η ξ ί θ υ μ ο ς, *acerbissimus.*

Semel apud Aeschylum. Ag. 743, ubi Chorus dicit se cantaturum Helenae μαλθακὸν ὀμμάτων βέλος, δηξίθυμον ἔρωτος ἄνθος.

C o m p o s i t a, q u o r u m p r i o r p a r s θυμός e s t, a l t e r a a u t e m c u m s t i r p e v e r b i c o h a e r e t, h a e c e x s t a n t:

θυμαλγής
θυμηδής
θυμοπληθής
θυμοφθόρος

θυμαλγής est, qui τὸν θυμὸν ἀλγύνει, *animum excrucians.*

Semel apud Aeschylum. Ag. 1031 νῦν δ' ὑπὸ σκότῳ βρέμει θυμαλγής τε καὶ οὐδὲν ἐπελπομένα ποτὲ καίριον ἐκτολυπεύσειν ζωπυρουμένας φρενός.

θυμηδής vocatur, qui τὸν θυμὸν εὐφραίνει, ***animum delectans, gratus.***

Superlativus θυμηδέστατα semel apud Aeschylum. Suppl. 962 τούτων τὰ λῷστα καὶ τὰ θυμηδέστατα, πάρεστι, λωτίσασθε.

θυμοπληθής est, qui τὸν θυμὸν πληθύνει, *animum* aliqua re *explens.*

Semel apud Aeschylum. S. c. Th. 686 τί μέμονας, τέκνον; μήτι σε θυμοπληθὴς δορίμαργος ἄτα φερέτω: mentis caecitas, quae animum tuum cupiditate pugnandi explet.

θυμοφθόρος est, qui τὸν θυμὸν φθείρει, *animum perdens.*

Semel apud Aeschylum. Ag. 103 ἐλπὶς ἀμύνει φροντίδ' ἄπληστον τὴν θυμοφθόρον λύπης φρένα; sic codd.; Wilamowitzius: θυμοφθόρου λύπης φρενί, deleto vocabulo τήν; spes ingentem curam doloris animum hominis perturbantis, hominem ἄθυμον reddentis, ab animo avertit.

θυμαλγής, θυμηδής, θυμοφθόρος iam apud Homerum occurrunt. Sophocles et Euripides autem neque haec adiectiva, neque θυμηδής umquam usurpant.

De Verbis cum stirpe Nominis θυμοῦ cohaerentibus.

Inveniuntur:

θυμόω
θυμόομαι
θυμαίνω

θυμόω *iratum facio.*

Semel apud Euripidem. Suppl. 581 οὔτοι μ' ἐπαρεῖς ὥστε θυμῶσαι φρένας, quia ἐν φρεσίν habitat, fieri potest ut ὁ θυμός, qui mobilis est, per totum corpus se diffundat, ut mens ipsa nihil iam valeat ad eum cohibendum. Nam θυμόω proprie significat: facio ut quis πάντως θυμός fiat, θυμόομαι, πάντως θυμὸς γίγνομαι.

θυμόομαι *irascor,* quod verbum Homerum nondum usurpare mirum non est, quoniam apud eum nomen θυμός notione irae non occurrit.

Absolute non solum de ira, sed etiam de aliis affectibus dicitur; nam θυμοῦται is, cui ὁ θυμός imperat. Qua significatione ὁ θυμός locus est, ubi affectus habitant, qui nos ad agendum impellunt.

1. *graviter commoveor,* ut sine consilio agam. Semel apud Aeschylum, bis apud Sophoclem, quater apud Euripidem.

AESCH. Eum. 801 σκέψασθε, μὴ θυμοῦσθε, μηδ' ἀκαρπίαν τεύξητε. Opponitur τὸ σκέψασθε, mente circumspicite, τῷ θυμοῦσθε, facite, ut ὁ θυμός, animus, vobis imperet. SOPH. Ant. 1254 μή τι καὶ κατάσχετον κρυφῇ καλύπτει καρδίᾳ θυμουμένῃ· de Eurydica dicitur, quae variis affectibus, metu, dolore, commovetur. O. C. 768 ἀλλ' ἡνίκ' ἤδη μεστὸς ἦ θυμούμενος, quem versum Iebbius vertit: „but when my fierce grief had spent its force." EUR. Andr. 742 θυμούμενος δὲ τεύξεται θυμουμένων, ubi θυμούμενος et θυμουμένων oppo-

nuntur τῷ σώφρονι, ei, qui lente et prudenter agit et factis eius, qui σώφρων vocatur versu praecedenti (741). Ita θυμούμενα sunt facta eius, qui θυμούμενος agit. El. 1118 ἀλγῶ γάρ· ἀλλὰ παύσομαι θυμουμένη. Verba sunt Electrae; solebat enim cum ardore et impetu animi se gerere. Hec. 403 χάλα τοκεῦσιν εἰκότως θυμουμένοις, ubi οἱ τοκῆς Hecuba est, quae graviter commota est, propterea quod Polyxena sacrificanda erit. Herc. 1246 δράσεις δὲ δὴ τί; ποῖ φέρῃ θυμούμενος;

2. *irascor, ira afficior.*

Addito nomine irae semel apud Sophoclem, semel apud Euripidem.

SOPH. O. R. 344 πρὸς τάδ', εἰ θέλεις, θυμοῦ δι' ὀργῆς ἥτις ἀγριωτάτη. EUR. Med. 455 κἀγὼ μὲν αἰεὶ βασιλέων θυμουμένων ὀργὰς ἀφῄρουν.

Absolute semel apud Aeschylum, quinquies apud Sophoclem, sexies apud Euripidem.

AESCH. Ag. 1069 ἐγὼ δ', ἐποικτίρω γάρ, οὐ θυμώσομαι. SOPH. El. 1278 ἦ κάρτα κἂν ἄλλοισι θυμοίμην ἰδών. O. C. 1420 τί δ' αὖθις, ὦ παῖ, δεῖ σε θυμοῦσθαι; Phil. 323 ἦ γάρ τι καὶ σύ .... ἔχεις ἔγκλημ' Ἀτρείδαις, ὥστε θυμοῦσθαι παθών; 922 καὶ σὺ μὴ θυμοῦ κλύων. frgm. 530 N ὅστις γὰρ ἐν κακοῖσι θυμωθεὶς βροτῶν μεῖζον προσάπτει τῆς νόσου τὸ φάρμακον, ἰατρός ἐστιν οὐκ ἐπιστήμων ἀκῶν. EUR. Bacch. 794 θυμούμενος πρὸς κέντρα λακτίζοιμι. I. T. 1474 καὶ σὺ μὴ θυμοῦ, Θόας. Med. 883 ᾐσθόμην ἀβουλίαν πολλὴν ἔχουσα καὶ μάτην θυμουμένη. Or. 765 Στρόφιος ἤλασέν μ' ἀπ' οἴκων φύγαδα θυμωθεὶς πατήρ. Phoen. 1448 καὶ πόλιν θυμουμένην παρηγορεῖτον. frgm. 654 N δυοῖν λεγόντοιν, θατέρου θυμουμένου, ὁ μὴ ἀντιτείνων τοῖς λόγοις σοφώτερος.

τὸ θυμούμενον, *ira*. EUR. Hec. 299 Ἑκάβη, διδάσκου, μηδὲ τῷ θυμουμένῳ τὸν εὖ λέγοντα δυσμενῆ ποιοῦ φρενός.

ubi τῷ θυμουμένῳ φρενός ira animi; cf. Thuc. VII 68 τῆς γνώμης τὸ θυμούμενον.

Dativo personae coniuncto semel apud Aeschylum, bis apud Sophoclem, novies apud Euripidem.

AESCH. Eum. 705 θυμοῦσθαι πόλει. SOPH. Trach. 543 ἐγὼ δὲ θυμοῦσθαι μὲν οὐκ ἐπίσταμαι νοσοῦντι κείνῳ. 1230 τὸ μὲν νοσοῦντι θυμοῦσθαι κακόν. EUR. Bacch. 673 τοῖς γὰρ δικαίοις οὐχὶ θυμοῦσθαι χρεών. Herc. 277 ἡμῶν δ' ἕκατι δεσπόταις θυμούμενοι πάθητε μηδέν. I. A. 1369 μάτην γὰρ σ' εἰσορῶ θυμουμένην σῷ πόσει. I. T. 993 οὐχὶ τῷ κτανόντι με θυμουμένη. 1478 ἀδελφῇ τ' οὐχὶ θυμοῦμαι. Med. 271 σὲ τὴν σκυθρωπὸν καὶ πόσει θυμουμένην. Phoen. 461 ὅταν φίλος τις ἀνδρὶ θυμωθεὶς φίλῳ ἐς ἓν συνελθὼν ὄμματ' ὄμμασιν διδῷ, ἐφ' οἷσιν ἥκει, ταῦτα χρὴ μόνον σκοπεῖν. frgm. 287 N τοῖς πράγμασι γὰρ οὐχὶ θυμοῦσθαι χρεών. frgm. 1078 N ἐν τοῖς κακοῖσι μὴ τεθυμῶσθαι θεοῖς.

Dativo personae et genitivo causae coniunctis semel apud Euripidem. Or. 751 σοι θυγατέρος θυμούμενος.

Dativo causae coniuncto bis apud Euripidem. El. 1115 πατρὸς γάρ, ὡς λέγουσι, θυμοῦται φόνῳ. Suppl. 476 σκέψαι δέ, καὶ μὴ τοῖς ἐμοῖς θυμούμενος λόγοισιν, ὡς . . . . ἀμείψῃ μῦθον.

περί τινος semel apud Aeschylum. Ag. 1368 σάφ' εἰδότας χρὴ τῶνδε θυμοῦσθαι πέρι.

περί τινι semel apud Euripidem. Hel. 1343 τᾷ περὶ παρθένῳ Δηοῖ θυμωσαμένᾳ.

εἴς τι semel apud Sophoclem. Ai. 1018 ἀνὴρ πρὸς οὐδὲν εἰς ἔριν θυμούμενος: vir nulla causa iratus usque ad rixandum.

3. *in rabiem agor.* De animalibus semel apud Sophoclem, semel apud Euripidem, sed conferendus est versus Eur. Bacch. 794, ubi Bacchus comparatur cum animali, fortasse tauro, qui Bacchi sacer est, qui πρὸς κέντρα λακτίζει.

SOPH. Ant. 477 σμικρῷ χαλινῷ δ' οἶδα τοὺς θυμουμένους (in rabiem actos) ἵππους καταρτυθέντας. EUR. Bacch. 743 ταῦροι ὑβρισταὶ κἀς κέρας θυμούμενοι, quae verba Vergilius Georg. III 232 reddit: taurus irasci in cornua discit; taurus in tantam rabiem agitur ut cornibus utatur.

θυμαίνειν a Nauckio legitur in Soph. fragm. 141, ubi exstat v.l. οὐ καίνειν, οὐ μένειν editur. Fragmentum sumptum est ex Plutarchi de adul. et amico c. 36 pag. 74 A: ὁ παρὰ Σοφοκλεῖ τὸν Ἀχιλλέα παροξύνων Ὀδυσσεὺς οὐ φησὶν ὀργίζεσθαι διὰ τὸ δεῖπνον, ἀλλ' ἤδη, φησί, τὰ Τροίας εἰσορῶν ἐδώλια δέδοικας, καὶ πρὸς ταῦτα πάλιν τοῦ Ἀχιλλέως διαγανακτοῦντος καὶ ἀποπλεῖν λέγοντος ἐγῷδ' ὃ φεύγεις· οὐ τὸ μὴ κλύειν κακῶς, ἀλλ' ἐγγὺς Ἕκτωρ ἐστί· θυμαίνειν καλόν. Fertur Ulixes Achillem exasperare dicentem se navem soluturum.

Fieri non potest ut οὐ καίνειν legamus, sed videndum, quomodo θυμαίνειν vertendum sit. Verba Ulixis sunt: „scio, quae fugis, non male audire, sed Hector in propinquo est (quem metuis), θυμαίνειν καλόν <itaque> saevire pulchrum est." Sed multo maior vis verborum fit, si legimus οὐ μεῖναι καλόν <itaque> pulchrum est non manere i. e. fugere. Sic dicendo Ulixes Achillis animum multo magis commovet. Infinitivum μεῖναι magis cum lectione codicum convenire puto quam μένειν.

Verbum θυμαίνειν poetis tragicis abiudicandum videtur.

Compositum ἀποθυμαίνειν, ἀπό τινος θυμαίνειν apud Sophoclem occurrit. Ichn. 122 H ἐχῖνος ὥς τις ἐν λόχμῃ κεῖσαι πεσών, ἤ τις πίθηκος κύβδ' ἀποθυμαίνεις τινί: velut simia capite prono (ex arbore) alicui saevis.

A b a d i e c t i v i s i n -θυμος d e s i n e n t i b u s e t c u m p r a e p o s i t i o n i b u s f o r m a t i s h a e c v e r b a d e r i v a n t u r :

ἐνθυμέομαι
ἐπιθυμέω
προθυμέομαι
ἐκπροθυμέομαι

ἐ ν θ υ μ έ ο μ α ι, ἐνθύμιον aliquid habeo, aliquid *mihi curae est*. Semel apud Aeschylum. Eum. 222 τὰ μὲν γὰρ οἶδα κάρτα σ' ἐνθυμουμένην : nam illa scio tibi magnae curae esse.

ἐ π ι θ υ μ έ ω, ἐπίθυμος aut ἐπιθύμιος sum, quae adiectiva scriptores non usurpant, sed quorum hoc legitur apud Manethonem 4. 565. *Cupio*. Semel apud Aeschylum, semel apud Sophoclem, semel apud Euripidem.

AESCH. Ag. 216 παυσανέμου γὰρ θυσίας παρθενίου θ' αἵματος ὀργᾷ περιόργως ἐπιθυμεῖν θέμις : fas est cupere sacrum, quod ventos sternat, sanguinem virginis, summa cupiditate. SOPH. Trach. 617 καὶ φύλασσε πρῶτα μὲν νόμον τὸ μὴ 'πιθυμεῖν πομπὸς ὢν περισσὰ δρᾶν. EUR. Alc. 867 κεῖν' ἐπιθυμῶ δώματα ναίειν.

Homerus, apud quem neque verbum ἐπιθυμεῖν, neque substantivum ἐπιθυμία exstat, eadem notione ac ἐπιθυμεῖν utitur verbis λιλαίεσθαι, μενοινᾶν, ἵεσθαι, ἐρᾶσθαι, ἱμείρειν, ἱμείρεσθαι ἰσχανᾶν, ἐθέλειν, χατίζειν, ποθεῖν, quae verba poetae tragici quoque usurpant, ut etiam verba χρῄζειν, προθυμεῖσθαι, ἐκπροθυμεῖσθαι.

Pro nomine ἐπιθυμία Homerus utitur substantivis ἵμερος, ἔρως, imprimis autem θυμός, ut apud poetas tragicos quoque nomina θυμός et λῆμα et προθυμία hac significatione occurrunt.

π ρ ο θ υ μ έ ο μ α ι, πρόθυμός εἰμι, *paratus sum, volo, non nolo.* Ter apud Aeschylum, semel apud Sophoclem, bis apud Euripidem.

AESCH. Prom. 381 ἐν τῷ προθυμεῖσθαι δὲ καὶ τολμᾶν τίνα ὁρᾷς ἐνοῦσαν ζημίαν; 630 ἐπεὶ προθυμῇ χρὴ λέγειν· ἄκουε δή. 786 ἐπεὶ προθυμεῖσθ' οὐκ ἐναντιώσομαι. SOPH. Trach. 1119 οὐ γὰρ ἂν γνοίης ἐν οἷς χαίρειν προθυμῇ κἀν ὅτοις ἀλγεῖς μάτην. EUR. Hec. 564 εἰ μὲν στέρνον, ὦ νεανία, παίειν προθυμῇ, παῖσον. Phoen. 1709 ἐπεὶ προθυμῇ τῆσδε κοινοῦσθαι φυγῆς.

ἐ κ π ρ ο θ υ μ έ ο μ α ι *magnopere volo, ex animo volo.* Semel apud Euripidem. Phoen. 1678 τί δ' ἐκπροθυμῇ τῶνδ' ἀπηλλάχθαι γάμων;

A b adiectivis in -θυμος desinentibus et cum praefixis ἀ- et δυσ- formatis derivantur:

ἀθυμέω
δυσθυμέομαι

ἀ θ υ μ έ ω, ἄθυμός εἰμι, *demisso animo, animo tristi sum.* Semel apud Aeschylum, quater apud Sophoclem, bis apud Euripidem.

AESCH. Prom. 474 ut malus medicus ἐς νόσον πεσὼν ἀθυμεῖς. SOPH. Ai. 587 οἴμ' ὡς ἀθυμῶ· καί σε πρὸς τοῦ σοῦ τέκνου καὶ θεῶν ἱκνοῦμαι, μὴ προδοὺς ἡμᾶς γένῃ. El. 769 τί δ' ὧδ' ἀθυμεῖς, ὦ γύναι, τῷ νῦν λόγῳ; O. R. 747 δεινῶς ἀθυμῶ μὴ βλέπων ὁ μάντις ᾖ. Trach. 666 οὐκ οἶδ'· ἀθυμῶ δ' εἰ φανήσομαι τάχα κακὸν μέγ' ἐκπράξασα: demisso animo me ipsa rogo num... EUR. El 831 τί χρῆμ' ἀθυμεῖς; Ὦ ξέν' ὀρρωδῶ τινα δόλον θυραῖον. Or. 296 ὅταν δὲ τἄμ' ἀθυμήσαντ' ἴδῃς, σύ μου τὸ δεινὸν καὶ διαφθαρὲν φρενῶν ἴσχναινε παραμυθοῦ τε.

δ υ σ θ υ μ έ ο μ α ι, δύσθυμός εἰμι, ***morosus, stomachosus, tristis sum.*** Bis apud Euripidem. Adiectivum δύσθυμος apud eum numquam, sed bis apud Sophoclem.

EUR. Io 255 τί χρῆμ' ἀνερμήνευτα δυσθυμῇ, γύναι; Med. 91 καὶ μὴ πέλαζε (sc. τὰ τέκνα) μητρὶ δυσθυμουμένῃ.

A b a d i e c t i v o c u m a d v e r b i o c o m p o s i t o εὔθυμος f o r m a n t u r:

εὐθυμέω
εὐθυμέομαι

ε ὐ θ υ μ έ ω, εὔθυμον reddo, ***exhilaro.*** Semel apud Aeschylum. frgm. 350 ὁ δ' . . . εἰπὼν θεοφιλεῖς ἐμὰς τύχας παιᾶν' ἐπηυφήμησεν εὐθυμῶν ἐμέ.

ε ὐ θ υ μ έ ο μ α ι, εὔθυμός εἰμι, ***hilaris sum;*** id autem apud poetas tragicos n o n l e g i t u r. Sed s e m e l e a d e m n o t i o n e Euripides ε ὐ θ υ μ ῶ usurpat: Cycl. 530 μένων νῦν αὐτοῦ πῖνε κεὐθύμει Κύκλωψ. Praeterea in codd. AESCH. Suppl. 959 legitur: ε ὐ θ υ μ ε ῖ ν ἐστιν ὑμῖν εὐτύκους ναίειν δόμους, quem versum Kirchhoff correxit: ἔ ν θ' ἔ σ τ ι ν κ.τ.λ. Weil traiecit.

C u m a d i e c t i v o ὀξύθυμος c o h a e r e t:
ὀ ξ υ θ υ μ έ ω, ὀξύθυμός εἰμι, ***pronus ad iram, iracundus sum.*** Semel apud Euripidem. Andr. 689 ἢν δ' ὀξυθυμῇς, σοὶ μὲν ἡ γλωσσαλγία μείζων. Verba sunt Menelai ad Peleum.

C u m a d i e c t i v o θυμόφθορος c o h a e r e t:
θ υ μ ο φ θ ο ρ έ ω, animum meum perturbo affectu quodam (imprimis dolore cf. θυμοφθόρος Aesch. Ag. 103). Iebbius

confert ψυχορραγῶ. Verbum ἅπ. εἰρ. apud Sophoclem occurrit. Trach. 142 ὡς δ' ἐγὼ θυμοφθορῶ, μήτ' ἐκμάθοις παθοῦσα: utinam ne patiendo discas, quantopere animus meus dolore perturbetur.

De Substantivis cum stirpe Nominis θυμοῦ compositis.

Substantiva cum stirpe nominis θυμοῦ composita in -ια desinentia cum adiectivis cohaerent. Apud poetas tragicos exstant:

ἐπιθυμία
προθυμία
ἀθυμία
δυσθυμία
ὀξυθυμία
ῥᾳθυμία

ἐπιθυμία est eius, qui ἐπιθύμιος est, qui ἐπιθυμεῖ, *cupiditas plerumque mala*; apud Euripidem bis occurrit, nusquam apud Aeschylum, nusquam apud Sophoclem.

EUR. Andr. 1281 κακῶν δὲ λέκτρων μὴ 'πιθυμίαν ἔχειν. Cycl. 449: Ulixes narrat Cyclopem, qui vinum gustaverit, socios suos invitaturum. Tunc Chorus ξυνῆκ', inquit, ἔρημον ξυλλαβὼν δρυμοῖσι νιν σφάξαι μενοινᾷς ἢ πετρῶν ὦσαι κάτω. Ulixes autem Choro respondet: οὐδὲν τοιοῦτον· δόλιος ἡ 'πιθυμία, ubi nomen ἐπιθυμία verbo μενοινᾶν respondet.

προθυμία est eius, qui πρόθυμος est, qui προθυμεῖται. Itaque significatur:

1. *studium, industria.*

AESCH. Prom. 341 προθυμίας γὰρ οὐδὲν ἐλλείπεις. ἀτὰρ μηδὲν πόνει. SOPH. Ai. 583 δέδοικ' ἀκούων τήνδε τὴν προθυμίαν (sc. domus claudendae). O. R. 48 ὡς σὲ νῦν μὲν ἥδε γῆ σωτῆρα κλῄζει τῆς πάρος προθυμίας. Trach. 669 num aliquid mali exspectas ex dono, quod Herculi dedisti, Choro roganti respondet Deianira: μάλιστά γ'· ὥστε μήποτ' ἂν προθυμίαν ἄδηλον ἔργου τῳ παραινέσαι λαβεῖν: immo magnum malum; ut numquam alicui suadeam, ut cum studio aliquid faciat, cuius eventum ignoret. EUR. Andr. 561 οὐ γὰρ μιᾶς σε κληδόνος προθυμίᾳ μετῆλθον, ἀλλὰ μυρίων ὑπ' ἀγγέλων. Verba sunt Andromachae ad Peleum: non enim studio unius nuntii etc. Hel. 717 σὺ μὲν λόγοισιν, ὁ δὲ δορὸς προθυμίᾳ. Io 1109 τίς προθυμία ποδῶν ἔχει σε; Or. 708 μισεῖ γὰρ ὁ θεὸς τὰς ἄγαν προθυμίας, μισοῦσι δ' ἀστοί. Phoen. 1430 μήτηρ ἡ τάλαινα προσπίτνει σὺν παρθένῳ τε καὶ προθυμίᾳ ποδός. Troad. 689 nautae tempestate orta π ρ ο θ υ μ ί α ν ἔχουσι σωθῆναι π ό ν ω ν; student ut labore serventur.

2. *studium, voluntas, cupiditas.*

SOPH. O. R. 838 πεφασμένου δὲ τίς ποθ' ἡ προθυμία; si apparuerit, quid tandem vis? EUR. Alc. 51 ἔχω λόγον δὴ καὶ προθυμίαν σέθεν: equidem intellego, quae dicas et quae velis. 1105 εἰδώς τι κἀγὼ τήνδ' ἔχω προθυμίαν. Bacch. 1101 κρεῖσσον γὰρ ὕψος τῆς προθυμίας ἔχων καθῆσθ' ὁ τλήμων (Pentheus in pinu). I. T. 616 σὺ δὲ θανῇ· πολλή δέ τις προθυμία σε τοῦδ' ἔχουσα τυγχάνει. Hipp. 1329 οὐδεὶς ἀπαντᾶν βούλεται προθυμίᾳ τῇ τοῦ θέλοντος. Hyps. 17. 11 H τίς σε δέξεται πόλις; πόδες κρινοῦσι τοῦτο καὶ προθυμία. frgm. 1025 N τὰς θνητῶν δ' ἐγὼ χαίρειν κελεύω θεῶν ἄτερ προθυμίας. d e d i i s: Andr. 1252 καίπερ πεσούσης (sc. Τροίας) Παλλάδος προθυμίᾳ, tamen Troia diis cura est. Hipp. 1416 ἔασον· οὐ γὰρ οὐδὲ γῆς ὑπὸ ζόφον θεᾶς ἄτιμοι Κύπριδος ἐκ προθυμίας ὀργαὶ κατασκήψουσιν ἐς τὸ σὸν δέμας:

sine eos (sc. deos); neque enim in Orco te ira, quae infamem te reddat ex voluntate Veneris persequetur.

3. *studium, animus promptus* eius, qui paratus est ad aliquid faciendum.

EUR. Hipp. 285 οὐ μὴν ἀνήσω γ' οὐδὲ νῦν προθυμίας. Io 1211 Io intellegens sibi venenum parari rogat, quis ipsum interficere voluerit: σήμαινε, πρέσβυ, σὴ γὰρ ἡ προθυμία καὶ πῶμα χειρὸς σῆς ἐδεξάμην πάρα: tu enim paratus eras et poculum ex manu tua accepi. I. A. 1371 τὸν μὲν οὖν ξένον δίκαιον αἰνέσαι προθυμίας. Phoen. 589 μῆτερ, οὐ λόγων ἔθ' ἀγών, ἀλλ' ἀναλοῦται χρόνος οὑν μέσῳ μάτην, περαίνει δ' οὐδὲν ἡ προθυμία. 902 ἐς γὰρ τί μᾶλλον δεῖ προθυμίαν ἔχειν; (sc. quam tui audiendi). 1683 ὦ θύγατερ, αἰνῶ μέν σε τῆς προθυμίας. Rhes. 667 γνώσῃ δὲ καὶ σὺ τὴν ἐμὴν προθυμίαν.

4. ***studium, voluntas bona, benevolentia.***

EUR. Heracl. 410 ἐγὼ δ' ἔχω μέν, ὡς ὁρᾷς, προθυμίαν τοσήνδ' ἐς ὑμᾶς. Io 1385 τοῦ θεοῦ προθυμίᾳ πολεμῶ, τὰ μητρὸς σύμβολ' ὃς σέσωκέ μοι.

Nomen, quod vicies quinquies apud Euripidem, quater apud Sophoclem, semel apud Aeschylum occurrit, omnibus notionibus, quibus latine s t u d i u m, adhibetur. Ceterum comparandum est adiectivum πρόθυμος, quo idem Euripides valde delectatur.

ἀ θ υ μ ί α est eius, qui ἄθυμος est, qui ἀθυμεῖ, ***animi demissio, contractio; aegritudo.*** Semel apud Sophoclem, ter apud Euripidem.

SOPH. Ant. 237 τί δ' ἐστὶν ἀνθ' οὗ τήνδ' ἔχεις ἀθυμίαν; EUR. Bacch. 610 εἰς ἀθυμίαν ἀφίκεσθ', ἡνίκ' εἰσεπεμπόμην, Πενθέως ὡς ἐς σκοτεινὰς ὀρκάνας πεσούμενος; Herc. 552 πόθεν δ' ἐς ὑμᾶς ἥδ' ἐσῆλθ' ἀθυμία; frgm. 87 N γυναῖκες, ὁρμήθητε μηδ' ἀθυμία σχέθῃ τις ὑμᾶς.

δυσθυμία est eius, qui δυσθυμεῖται. Semel apud Sophoclem, ter apud Euripidem.

1. *morositas, iracundia.*

SOPH. frgm. 602 N τίκτουσι γάρ τοι καὶ νόσους δυσθυμίαι. EUR. frgm. 822 N γύνη . . . ὀργήν τε πραΰνουσα καὶ δυσθυμίας ψυχὴν μεθιστᾶσα.

2. *tristitia, animus fractus.*

EUR. Med. 691 τί φῄς; σαφῶς μοι σὰς φράσον δυσθυμίας. Suppl. 696 Κρέων . . . ἰτέαν λαβὼν χερὶ χωρεῖ, πρὶν ἐλθεῖν ξυμμάχοις δυσθυμίαν.

ὀξυθυμία est eius, qui ὀξύθυμος est, qui ὀξυθυμεῖ, *iracundia.* Semel apud Euripidem. Andr. 728, ubi chorus senectutem δυσφύλακτον ὀξυθυμίας ὕπο vocat.

ῥᾳθυμία est eius, qui ῥᾴθυμος est, *neglegentia, ignavia.* Bis apud Euripidem. Cycl. 203 τί τάδε· τίς ἡ ῥᾳθυμία; Quae est ista ignavia? Nam ministri laborem cotidianum nondum perfecerant. Med. 218 οἱ δ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥᾳθυμίαν.

Substantivo cum stirpe nominis θυμοῦ composita in -μα et -σις desinentia cum verbis cohaerent. Apud poetas tragicos exstant:

θύμωμα
ἐνθύμημα
ἐνθύμησις

θύμωμα est eius, qui τεθύμωται, *ira.* Semel apud Aeschylum. Eum. 860 αοίνοις ἐμμανεῖς θυμώμασιν, ubi scholiasta adnotat: θυμώμασιν· ὀργαῖς, ὅτι καὶ οἰνωθέντες τρόπον τινα γίνονται ἐμμανεῖς. Furiae autem nullo vino consumpto (iis

nullum vinum libatur Eum. 107. Soph. O. C. 481), tamen ra saeviunt ut ebrii.

ἐνθύμημα est, quod ab aliquo ἐντεθύμηται, quod, quoniam ἐν θυμῷ alicuius est, ei semper curae est. Bis apud Sophoclem. O. C. 292 ταρβεῖν μέν, ὦ γεραιέ, τἀνθυμήματα πολλή 'στ' ἀνάγκη τἀπὸ σοῦ, ubi designantur ea, quae Oedipus in animo habuit atque elocutus est, cogitata eius. 1199 ἔχεις γὰρ οὐχὶ βαιὰ τἀνθυμήματα, sc. caecitas eius, quae eum admonuit, quantum malum ex ira oreretur et effecit, ut semper huius rei memor esse deberet.

ἐνθύμησις idem est ac τὸ ἐνθυμεῖσθαι. Semel apud Euripidem. frgm. 246 N νεανίας τε καὶ πένης σοφός θ' ἅμα· ταῦτ' εἰς ἓν ἐλθόντ' ἄξι' ἐνθυμήσεως: iuvenis pauper idemque sapiens; quae res, si ea coniuncta in eodem homine reperiuntur, digna est quam in animum demittamus et de qua cogitemus.

CAPUT IV.

ΨΥΧΗ.

Ψυχή (Boisacq s. v. ψύχω pag. 1079) proprie significat spiritum.

Homines animam vitalem in spiritu sitam esse putavisse et inde factum esse ut θυμός, ψυχή etc. appellaretur supra (pag. 146) iam dictum est. Eodem loco egimus de discrimine, quod interest inter vocabula θυμόν et ψυχήν, cum statuimus τῇ ψυχῇ vitam quandam post mortem tributam esse.

Primariae notionis vestigia supersunt in sententiis, ubi ψυχή cum verbis spirandi coniungitur. Eur. Or. 1163. Hel. 1431. Med. 1219. Troad. 1135. Soph. Ant. 130.

Non autem in morte solum, sed etiam cum homo intermoritur ἡ ψυχή eum relinquit (sic latine eum, qui intermoritur a n i m u s relinquere dicitur), sed postea in corpus redit. Talis iam apud Homerum species τῆς ψυχῆς est, quae imago hominis post corporis mortem amicis se ostendere potest, sed non conscia est eorum, quae homines cogitant neque consuetudine eorum fruitur. Ita imago Patrocli Achilli exprobrat se ei non iam curae esse, immerito, nam is de nulla alia re cogitat nisi de Patroclo rite sepeliendo, itaque miratus exclamat Ψ 103 sq.: ῆ ῥά τι ἔστι καὶ εἰν Ἀΐδαο δόμοισι ψυχὴ καὶ εἴδωλον, ἀτὰρ φρένες οὐκ ἔνι πάμπαν· umbrae vivunt, sed intellegentiam rerum,

quae in terris fiunt, non habent, cui sententiae oppugnare videtur Aeschylus, qui Choe. 323 dicit: τέκνον, φρόνημα τοῦ θανόντος οὐ δαμάζει πυρὸς μαλερὰ γνάθος.

Ἡ ψυχή apud Homerum nihil aliud esse videtur nisi aliquid hominis simile in corpore hominis positum. „*Die Art*," ita Rohde in libro, qui inscribitur Psyche pag. 3 sq., „*dieses schattenhaften Ebenbildes des Menschen, das im Tode sich von diesem ablöst und schwebend enteilt, wird man am ersten verstehen, wenn man sich klar macht, welche Eigenschaften ihm nicht zukommen. Die Psyche nach homerischer Vorstellung ist nichts was dem irgendwie ähnlich wäre, was wir im Gegensatz zum Körper „Geist" zu nennen pflegen. Alle Functionen des menschlichen „Geistes" im weitesten Sinne, für welche es dem Dichter an mannigfachen Benennungen nicht fehlt, sind in Thätigkeit, ja sind vorhanden nur so lange der Mensch im Leben steht. Tritt der Tod ein, so ist der volle Mensch nicht länger beisammen, der Leib, d. i. der Leichnam, nun „unempfindliche Erde" geworden, zerfällt, die Psyche bleibt unversehrt. Aber sie ist nun nicht etwa Bergerin des Geistes und seiner Kräfte, nicht mehr als der Leichnam. Sie heisst besinnungslos, vom Geist und seinen Organen verlassen, alle Kräfte des Wollens, Empfindens, Denkens sind verschwunden mit der Auflösung des Menschen in seine Bestandtheile. Mann kann so wenig der Psyche die Eigenschaften des „Geistes" zuschreiben, dass man viel eher von einem Gegensatz zwischen Geist und Psyche des Menschen reden könnte ....*" et pag. 5 ibid. „*in dem lebendigen voll beseelten Menschen wohnt wie ein fremder Gast ein schwächerer Doppelgänger, sein Anderes Ich als seine Psyche ....*"

Haec Ψυχή apud Homerum (nam ad Homericam tantum ψυχήν pertinent ea, quae Rohde pag. 3 sqq. disserit) formam

quandam accepit, quam, etsi oculis vigilantibus videri non potest, tamen ex somniis noscitur. Similis est hominis, in cuius corpore collocata erat. Apparet, cum nomen θυμός comparatur cum nomine ψυχή, Rohde primariam notionem huius corporalem, illius a corpore seiunctam esse putare. Ex qua significatione corporali sequebatur, ut nomen ψυχή pro homine ipso usurparetur, atque ita, ut designaretur id, quod, quamvis idem, tamen infirmius est, at simul melius, quoniam etiam post mortem manet.

Ii autem, qui vires sine corpore in homine versari existimabant, facile adducebantur, ut crederent hominem, cum moreretur, non corpus quoddam, sed aliquid corpore carens, vim quandam, relinquere. Eam vocabant animam vitalem, ipsam vitam, quae post mortem corporis, in quo habitabat, non maneret. Hac notione iam Homerus nomine usus est.

Apud philosophos ionicos ἡ ψυχή erat vis, quae omnia movet, hominis vis vitalis. „*Genauer betrachtet*", ita Rohde pag. 432, „*ist die Psyche dieser Philosophen eine zusammenfassende Benennung jener Kräfte des Sinnens, Strebens, Wollens* (νόος, μένος, μῆτις, βουλή), *zu oberst des mit einem Worte anderer Sprachen nicht zu bezeichnenden* θυμός, *die nach homerisch volksthümlicher Zutheilung ganz dem Bereiche des sichtbaren Menschen und seines Leibes zufallen, Aüsserungen seiner freilich erst durch den Zutritt der „Psyche" zu wirklichem Leben erwachenden eigenen Lebenskraft, der Psyche des homerischen Sprachgebrauchs fast entgegengesetzt, im Tode vergehend, wenn die Psyche zu abgesondertem Schattenleben von dannen schwebt.*"

Sic locus significabatur, ubi affectus collocati sunt.

Ψυχή igitur est:

I *Anima, vis vitalis.*

Coniungitur verbum spirandi. Or. 1163 ἐγὼ δὲ πάντως ἐκπνέων ψυχὴν ἐμὴν δράσας τι χρῄζω τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς θανεῖν. Hel. 1431 οὐ γὰρ ἐνθάδε ψυχὴν ἀφῆκε Μενέλεως. Med. 1219 χρόνῳ μεθῆκε ψυχήν. Or. 1171 ἐλευθέρως ψυχὴν ἀφήσω, Μενέλεων δὲ τείσομαι. Troad. 1135 ψυχὴν ἀφῆκεν Ἕκτορος τοῦ σοῦ γόνος.

Animam, vim vitalem significans nomen quinquies apud Euripidem legitur.

II *Anima, umbra mortui,* quae in Orco versatur, sed inde in terram mitti potest.

AESCH. Ag. 1545 tune, Clytaemestra, ψυχῇ (sc. Agamemnonis) τ' ἄχαριν χάριν ἀντ' ἔργων μεγάλων ἀδίκως ἐπικρᾶναι audebis? Pers. 630 πέμψατ' ἔνερθεν ψυχὴν ἐς φῶς. EUR. frgm. 912. 9 N πέμψον δ' ἐς φῶς ψυχὰς ἐνέρων. Or. 676 δόκει . . . ποτωμένην ψυχὴν ὑπὲρ σοῦ, καὶ λέγειν ἃ ἐγὼ λέγω. Rhes. 965 a Proserpina petam ψυχὴν ἀνεῖναι τοῦδε.

Animam, umbram mortui nomen bis apud Aeschylum, ter apud Euripidem significat.

III *Homo ipse.*

AESCH. Ag. 963 sqq. πολλῶν πατησμὸν δ' εἱμάτων ἂν ηὐξάμην, δόμοισι προὐνεχθέντος ἐν χρηστηρίοις ψυχῆς κόμιστρα τῆσδε (sc. Agamemnonis) μηχανωμένῃ: ut multae vestes in domibus protererentur, oravissem, si iussa essem in oraculis, cum conarer perficere, ut merces redderetur pro reditu huius vitae, i. e. cum oraculum consulerem, quae sacra mihi facienda essent ut reditum huius impetrarem.

Sic vulgo versus vertuntur. Sed Clytaemestram consulto ambigue loqui puto et auditores, intellegentes quae sequerentur, versum ultimum sic interpretatos esse: cum quaererem rationem animae huius auferendae (sc. in Orcum).

Nam nomina in -τρον desinentia idem valent ac latine nomina in -trum et -mentum; verbum κομίζειν autem et domum recipere et sibi auferre significare potest.

SOPH. Ant. 1069 ἀνθ' ὧν ἔχεις μὲν τῶν ἄνω βαλὼν κάτω ψυχήν τ' ἀτίμως ἐν τάφῳ κατῴκισας, ἔχεις δὲ τῶν κάτωθεν ἐνθάδ' αὖ θεῶν ἄμοιρον, ἀκτέριστον, ἀνόσιον νέκυν. Verba sunt Tiresiae ad Creontem: (filium tuum mox amittes) quia vitam alicuius, mulierem vivam turpiter in sepulchrum inclusisti, mortuum autem sepulchro non dedisti. Opponitur ψυχὴ τάφῳ, nam ἡ ψυχή (anima) in sepulchro inesse non potest, sed morte a corpore solvitur atque in auras abit. Quare culpa Creontis tanta est. O. C. 499 ἀρκεῖν γὰρ οἶμαι κἀντὶ μυρίων μίαν ψυχὴν τάδ' ἐκτίνουσαν, ἢν εὔνους παρῇ. 999 οἷς ἐγὼ οὐδὲ τὴν πατρὸς ψυχὴν ἂν οἶμαι ζῶσαν ἀντειπεῖν ἐμοί. 1207 μηδεὶς κρατείτω τῆς ἐμῆς ψυχῆς ποτε, ubi non opponitur corpori, nam ne eo quidem inimici potientur. El. 775 ὅστις τῆς ἐμῆς ψυχῆς γεγώς: qui natus ex me, ex vita mea, nam mater ex se natum vitae suae quasi participem facit. Apud Euripidem Heracl. 540 Macaria appellatur σπέρμα τῆς θείας φρενός . . . Ἡράκλειος, quod re vera filiam patris sui se praebet, nam Hercules eadem dixisset et fecisset. SOPH. El. 1127 ὦ φιλτάτου μνημεῖον ἀνθρώπων ἐμοὶ ψυχῆς Ὀρέστου λοιπόν: reliquiae (vitae) Orestis fortasse dicit Electra, quod speraverat se Orestem vivum visuram. frgm. 431 N ὅρκου δὲ προστεθέντος ἐπιμελεστέρα ψυχὴ κατέστη· δισσὰ γὰρ φυλάσσεται, φίλων τε μέμψιν κεἰς θεοὺς ἁμαρτάνειν. EUR. Hec. 87 ποῦ ποτε θείαν Ἑλένου ψυχὰν καὶ Κασάνδραν ἐσίδω, Τρῳάδες, ὥς μοι κρίνωσιν ὀνείρους; consulto hic Heleni ψυχάν adloquitur Hecuba, nam ἡ ψυχή a corpore seiuncta monitus divinos accipit; cf. ea, quae Cicero dicit de div. I 113: *„nec vero umquam animus hominis naturaliter divinat, nisi cum ita solutus est*

et vacuus ut ei plane nihil sit cum corpore." Hipp. 1040 ὅς τὴν ἐμὴν πέποιθεν εὐοργησίᾳ ψυχὴν κρατήσειν τὸν τέκοντ' ἀτιμάσας. Med. 247 ἡμῖν (feminis) δ' ἀνάγκη πρὸς μίαν ψυχὴν βλέπειν. Hic nomen ψυχή non solum hominem significat, sed etiam complectitur omnes eius affectus et motus cum animi tum mentis. Alc. 620 ἥτις γε τῆς σῆς προύθανε ψυχῆς, τέκνον. Cf. Alc. 36. 340. Io 1498 ἐν φόβῳ, τέκνον, καταδεθεῖσα σὰν ἀπέβαλον ψυχάν, ubi σὰν ψυχάν non idem est ac σέ, nam v i t a Ionis, Io v i v u s expositus esse dicitur. I. A. 1441 πῶς εἶπας; οὐ πενθεῖν με σὴν ψυχὴν χρεών; Troad. 791 συλώμεθα σὴν ψυχὴν ἀδίκως μήτηρ κἀγώ.

In omnibus exemplis inde ab Alc. 620 allatis coniungitur cum nomine ψυχή pronomen possessivum σή, pronomen eius, qui appellatur. Eadem ratione poetae vocabuli utuntur vocativo, quo quis se ipse, vel id, quod in eo ipso habitat, alloquitur, non sine aliqua misericordia et pietate.

AESCH. S. c. Th. 1033 τοιγὰρ θέλουσ' ἄκοντι κοινώνει κακῶν, ψυχή, θανόντι ζῶσα συγγόνῳ φρενί. Vocativus ipse interpolatorem arguit. EUR. Io 859 ὦ ψυχά, πῶς σιγάσω; I. T. 839 ὦ κρεῖσσον ἢ λόγοισιν εὐτυχοῦσά μου, ψυχά, τί φῶ; 883 τόδε τόδε σόν, ὦ μελέα ψυχά, χρέος ἀνευρίσκειν. Or. 466 οἷς, ὦ τάλαινα καρδία ψυχή τ' ἐμή, ἀπέδωκ' ἀμοιβὰς οὐ καλάς. Apud Sophoclem nulla persona vocativum nominis ψυχῆς adhibet ut se ipsa alloquatur: in fabula Philoctetis Chorus ita Philoctetem appellat. SOPH. Phil. 714 ὦ μελέα ψυχά, ὃς μηδ' οἰνοχύτου πώματος ἥσθη δεκέτη χρόνον (sic A, δεκέτι χρόνῳ L): misera vita (eius erat) qui per decem annos poculo vini non frueretur. Chorus miseratur sortem eius, qui vivit rebus, quae vitam iucundam reddant, carens. Contra in versibus Euripideis, ubi quis se vocativo nominis ψυχῆς alloquitur non v i t a designatur, sed ea p a r s hominis, q u a c o n t i n e n t u r o m n e s f a c u l t a t e s

animi mentisque. Qua re vereor ne satius fuerit ea exempla multo infra referre, ubi agetur de nomine ψυχή animum significanti. Nam verisimilius est Euripidem in hoc vocabulo utendo profectum esse a notione animi, quam a primaria notione animae. Quae etiam valent de EUR. frgm. 924 N μή μοι λεπτῶν θίγγανε μύθων, ψυχή et de iis, quae Chorus Med. 110 dicit: τί ποτ' ἐργάσεται μεγαλόσπλαγχνος δυσκατάπαυστος ψυχὴ δηχθεῖσα κακοῖσιν;

Denique ἡ ψυχή adeo cum ipso homine comparatur, ut quasi corpus mori, cruentari etc. dicatur. Cuius usus Euripides solus exempla exhibet. Troad. 1214 πρὸς δὲ καί ψυχὴν σέθεν ἔκτεινε καὶ πάντ' οἶκον ἐξαπώλεσεν. Herc. 452 τίς... τῆς ταλαίνης τῆς ἐμῆς ψυχῆς φονεύς; Anima ipsa neque interfici neque mori potest, sed homo ipse significatur ut Hel. 52 ψυχαὶ δὲ πολλαὶ δι' ἐμ' ἐπὶ Σκαμανδρίοις ῥοαῖσιν ἔθανον. Heracl. 296 ὡς δεῖν' ἔπαθον καὶ παρὰ μικρὸν ψυχὴν ἦλθεν διακναῖσαι. Phoen. 1291 αἱμάξει.... ὁμογενῆ δέραν, ὁμογενῆ ψυχὰν δι' ἀσπίδων, δι' αἱμάτων: 1297 φόνιαι ψυχαὶ δορὶ παλλόμεναι πέσεα πέσεα δάι' αὐτίχ' αἱμάξετον.

Talia dici non possunt, nisi poetae τὴν ψυχήν sanguinem habere fingunt. Cuius rei exemplum exstat apud Sophoclem, in versu, ubi vita significatur: El. 786 ἥδε γὰρ ξύνοικος ἦν μου τοὐμὸν ἐκπίνουσ' ἀεὶ ψυχῆς ἄκρατον αἷμα. Cf. Ant. 531 ἣ κατ' οἴκους ὡς ἔχιδν' ὑφειμένη λήθουσα μ' ἐξέπινες: quae domi ut vipera sanguinem meum bibebas. Hic me, illic ψυχῆς ἄκρατον αἷμα (cf. nostras hartebloed), sanguinem, cum quo vita hominum relinquit; nam vim vitalem in sanguine sitam esse Empedocles volebat.

Hominem ipsum significans nomen apud Aeschylum bis apud Sophoclem octies, apud Euripidem undevicies occurrit.

IV *Vis vitalis, vita.*

Huius usus cum ex Iliade et Odyssea, tum ex poetis iambicis et elegiacis exempla affert Rohde, Psyche pag. 43 et 432.

Apud Homerum notissima exempla haec sunt: Od. ι 523: αἲ γὰρ δὴ ψυχῆς τε καὶ αἰῶνός σε δυναίμην εὖνιν ποιήσας πέμψαι δόμου Ἄιδος εἴσω, ubi Rohde adnotat: *„Der ψυχή im eigentlichen Sinne beraubt kann Niemand in den Hades eingehen, denn eben die ψυχή ist es ja, die allein in den Hades eingeht.*

Hom. I 401 ψυχῆς ἀντάξιον. γ 74, ι 255 ψυχὰς παρθέμενοι. I 322 ψυχὴν παραβαλλόμενος. χ 245 περὶ ψυχέων ἐμάχοντο. X 161 περὶ ψυχῆς θέον.

Hes. Scut. 173 κάπροι δοιοὶ ἀπουράμενοι ψυχάς (de apris). Archil. 23 ψυχὰς ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις. Tyrt. 10. 14 ψυχέων μηκέτι φειδόμενοι (cf. 15. 5 φειδόμενοι τᾶς ζωᾶς). 11. 5 ἐχθρὰν μὲν ψυχὴν θέμενος, θανάτου δὲ μελαίνας κῆρας ὁμῶς αὐγαῖς ἠελίοιο φίλας. Sol. 13. 46 φειδωλὴν ψυχῆς οὐδεμίαν θέμενος. Theogn. 568 δηρὸν γὰρ ἔνερθεν γῆς ὀλέσας ψυχὴν κείσομαι. 730 μυρόμεναι ψυχῆς εἵνεκα καὶ βιότου.

Herod. IX 37 ὁ δὲ ἐν τούτῳ τῷ κακῷ ἐχόμενος, ὥστε τρέχων περὶ τῆς ψυχῆς πρό τε τοῦ θανάτου πεισόμενος πολλά τε καὶ λυγρά, ἔργον ἐργάσατο μέζον λόγου. Cf. VII 57 περὶ ἑωυτοῦ τρέχων. VIII 102 πολλοὺς πολλάκις ἀγῶνας δραμέονται περὶ σφέων αὐτῶν οἱ Ἕλληνες. 140 μὴ ὦν βούλεσθε θέειν περὶ ὑμῶν αὐτῶν.

Is usus nominis ψυχῆς deinde sensim frequentior fiebat. Ex oratoribus exempla affert Meuss, Jahrb. f. Philol. 1889 pag. 803. Apud poetas tragicos quoque nomen hac notione saepissime occurrit.

Primum recensendi sunt versus, ubi ἡ ψυχή fingitur res esse, quae in certamine in medium confertur,

pro qua hominibus certandum, currendum etc. est. Notissimum exemplum est Hom. X 161, ubi re vera curritur περὶ ψυχῆς Ἕκτορος ἱπποδάμοιο. Sic lepus currit non περὶ τῆς ψυχῆς, sed περὶ τῶν κρεῶν (Zenob. V 85), proverbium fortasse ortum, cum animalia animas, partes, quae post mortem manerent, habere homines negarent. Postea semper fere per metaphoram dicitur περὶ ψυχῆς τρέχειν vel μάχεσθαι etc. de iis, qui aliquid faciunt, quo vitae periculum adeunt. Cf. Herod. IX 37. Ita apud Sophoclem. El. 1492 λόγων γὰρ οὐ νῦν ἐστιν ἀγών, ἀλλὰ σῆς ψυχῆς πέρι.

EUR. Or. 847 ψυχῆς ἀγῶνα τὸν προκείμενον πέρι δώσων, ἐν ᾧ ζῆν ἢ θανεῖν ὑμᾶς χρεών. Phoen. 1330 δοκῶ δ' ἀγῶνα τὸν περὶ ψυχῆς, Κρέον, ἤδη πεπρᾶχθαι παισὶ τοῖσιν Οἰδίπου, ubi conferenda sunt ea, quae adnotat Valckenaer. Eteocles et Polynices pro vita pugnaverant. Itidem Hom. χ 245 περὶ ψυχῆς μάχεσθαι. Sententia ψυχὴν προτείνειν quoque ex bello sumpta est: SOPH. Ai. 1270 οὗ σὺ πολλάκις τὴν σὴν προτείνων προὔκαμες ψυχὴν δορί, ubi, vividissima imagine, vita defensoris velut scuto tegitur is, pro quo pugnatur, et O. R. 893 βέλη ψυχᾶς ἀμύνειν. EUR. frgm. 67 N ψυχὴν γὰρ ἆθλα κειμένην ἐμὴν ὁρῶ.

Non solum e certamine, sed etiam e x l u d o t a l a r i o, ut nostrum „o p h e t s p e l z e t t e n", tales loquendi rationes ductae sunt. Haud minus quam maiores nostri, Graeci et Romani alea tantopere delectabantur, ut multa ex eo ludo ducta in proverbium abirent. Sic iam Homerus usurpat I 322 ψυχὴν παραβαλλόμενος, γ 74. ι 255 ψυχὰς παρθέμενοι. Qua metaphora semel nomen occurrit apud Euripidem. Rhes. 182 χρὴ δ' ἐπ' ἀξίοις πονεῖν ψυχὴν προβάλλοντ' ἐν κύβοισι δαίμονος.

Qui vitam suam in aleam committit, vitae non temperat. Cum v e r b o p a r c e n d i c o n i u n c t u m nomen ψυχή

vitam indicans legitur cum apud Tyrtaeum, tum apud Solonem. Huius usus etiam apud poetas tragicos exempla exstant.

EUR. Herc. 1146 τί δῆτα φείδομαι ψυχῆς ἐμῆς τῶν φιλτάτων μοι γενόμενος παίδων φονεύς; SOPH. El. 980 ὣ (ambo sorores) τοῖσιν ἐχθροῖς εὖ βεβηκόσιν ποτὲ ψυχῆς ἀφειδήσαντε προυστήτην φόνου. EUR. Phoen. 1228 μήτε Πολυνείκους χάριν ψυχὰς ἀπεμπολᾶτε μήθ' ἡμῶν ὕπερ. Heracl. 550 εἰ . . . βούλεσθέ μοι χρῆσθαι προθύμως, τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἐγὼ δίδωμ' ἑκοῦσα τοῖσδε. SOPH. Ant. 322 καὶ ταῦτ' ἐπ' ἀργύρῳ γε τὴν ψυχὴν προδούς.

Saepe coniungitur cum verbis p e r d e n d i et d e l e n d i.

AESCH. Ag. 1455 ἰὼ παράνους Ἑλένα, μία τὰς πολλὰς τὰς πάνυ πολλὰς ψυχὰς ὀλέσασ' ὑπὸ Τροίᾳ. 1466 ὡς μία πολλῶν ἀνδρῶν ψυχὰς Δαναῶν ὀλέσασα. EUR. Andr. 611 ψυχὰς δὲ πολλὰς κἀγαθὰς ἀπώλεσας. Hec. 22 Ἕκτορος δ' ἀπόλλυται ψυχή· Hipp. 440 ἐρᾷς· τί τοῦτο θαῦμα; σὺν πολλοῖς βροτῶν. κἄπειτ' ἔρωτος οὕνεκα ψυχὴν ὀλεῖς; Suppl. 777 οὐκ ἔστι τἀνάλωμ' ἀναλωθὲν λαβεῖν, ψυχὴν βροτείαν· χρημάτων δ' εἰσὶν πόροι. Hyps. 34. 49 H εἰς μὲν γὰρ ἄλλο πᾶν ἁμαρτάνειν χρεών, ψυχὴν δ' ἐς ἀνδρὸς ἢ γυναικὸς οὐ καλόν. Phoen. 1552 τρισσαὶ ψυχαί· ποίᾳ μοίρᾳ πῶς ἔλιπον φάος; ubi significantur homines, qui vita privati sunt, tres vitae. Itidem Hel. 52 ψυχαὶ δὲ πολλαὶ δι' ἔμ' ἐπὶ Σκαμανδρίοις ῥοαῖσιν ἔθανον, qui versus supra pag. 191 iam relatus est. Phoen. 998 ψυχήν τε δώσω τῆσδ' ὑπερθανεῖν χθονός. Hipp. 726 Κύπριν . . . ψυχῆς ἀπαλλαχθεῖσα τῆδ' ἐν ἡμέρᾳ τέρψω.

Ἡ ψυχή aliqua re (vita alterius) c o m m u t a r i dicitur.

EUR. Alc. 283 ἐγώ σε πρεσβεύουσα κἀντὶ τῆς ἐμῆς ψυχῆς καταστήσασα φῶς τόδ' εἰσορᾶν θνήσκω . . . ὑπὲρ σέθεν. 341 σὺ δ' ἀντιδοῦσα τῆς ἐμῆς τὰ φίλτατα ψυχῆς ἔσωσας. 464 σύ . . . ἔτλας πόσιν ἀντὶ σᾶς ἀμεῖψαι ψυχᾶς ἐξ Ἅιδα. Med. 968 τῶν δ' ἐμῶν παίδων φυγὰς ψυχῆς ἂν ἀλλαξαίμεθ' οὐ

χρυσοῦ μόνον. frgm. 360. 51 N ἀντὶ γὰρ ψυχῆς μιᾶς οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ τήνδ' ἐγὼ σώσω πόλιν. Alc. 900 δύο δ' ἀντὶ μιᾶς Ἅιδης ψυχὰς ... ἂν ἔσχεν.

'Αντὶ ψυχῆς alio sensu adhibetur SOPH. O. C. 1326 οἵ σ' ἀντὶ παίδων τῶνδε καὶ ψυχῆς, πάτερ, ἱκετεύομεν ... μῆνιν βαρεῖαν εἰκαθεῖν, ubi Iebbius adnotat: „ἀντὶ παίδων .... ἱκετεύομεν *here* = πρὸς παίδων, *'by them', i. e. 'as you love them,' a very rare use of* ἀντί, *but one which comes easily from its ordinary sense, 'in return for,' 'as an equivalent for'.*"

Cum verbis s e r v a n d i coniungitur:

EUR. Alc. 341, vide supra. 929 ἀλλ' ἔσωσας βίοτον καὶ ψυχάν. Heracl. 16 καὶ πόλις μὲν οἴχεται, ψυχὴ δ' ἐσώθη. Or. 644 οὐ χρήματ' εἶπον· χρήματ', ἢν ψυχὴν ἐμὴν σώσῃς, ἅπερ μοι φίλτατ' ἐστὶ τῶν ἐμῶν.

Cum verbis a m a n d i coniungitur:

EUR. Alc. 703 σίγα· νόμιζε δ', εἰ σὺ τὴν σαυτοῦ φιλεῖς ψυχήν, φιλεῖν ἅπαντας. Heracl. 455 οὐ φιλεῖν δεῖ τὴν ἐμὴν ψυχήν· ἴτω.

Absoluta, ut ita dicam, notione legitur:

EUR. Or. 1034 πᾶσιν γὰρ οἰκτρὸν ἡ φίλη ψυχὴ βροτοῖς. Ironice dictum. El. 297 κἀγὼ τὸν αὐτὸν τῷδ' ἔρον ψυχῆς ἔχω.

Nullo adiectivo adiecto in sententiis, quibus significatur, quanti quis τὴν ψυχήν faciat; pronomen possessivum additur aut subintellegendum est.

EUR. Alc. 301 ψυχῆς γὰρ οὐδέν ἐστι τιμιώτερον. 883 ζηλῶ δ' ἀγάμους ἀτέκνους τε βροτῶν· μία γὰρ ψυχή, τῆς ὑπεραλγεῖν μέτριον ἄχθος. Andr. 418 Andromache, quae templum, ubi tuta est, relinquere vult, cum Menelaus filio suo potitus sit, quem se interfecturum minatur, πᾶσι δ', inquit, ἀνθρώποις ἄρ' ἦν ψυχὴ τέκνα. Hipp. 721 Phaedra in conspectum Thesei non iam veniet αἰσχροῖς ἐπ' ἔργοις οὕνεκα ψυχῆς μιᾶς, itaque vitam suam contemnit. Contra carissima esse putatur Alc.

54 οὔτοι πλέον γ' ἂν ἢ μίαν ψυχὴν λάβοις, qua re vitae parcendum est. 712 ψυχῇ μιᾷ ζῆν, οὐ δυοῖν ὀφείλομεν. Herc. 1366 ἀθλίως μέν, ἀλλ' ὅμως ψυχὴν βιάζου τἀμὰ συμφέρειν κακά: misere sed tamen te ipse coge ad vivendum ut mala mea mecum feras. Verba sunt Herculis ad Amphitryonem. Conferenda sunt, quae Wilamowitzius Herakles pag. 483 ad hunc versum adnotat. Hec. 182 αἰαῖ σᾶς ψυχᾶς. Or. 1517 τὴν ἐμὴν ψυχὴν κατώμοσ', ἣν ἂν εὐόρκοιμ' ἐγώ. 662 ψυχὴν δ' ἐμὴν δὸς τῷ ταλαιπώρῳ πατρὶ κἀμῆς ἀδελφῆς.

Adiungitur praepositio περί verbo dicendi, sentiendi, affectum indicanti, praecedente.

AESCH. Eum. 114 ὡς ἔλεξα τῆς ἐμῆς περὶ ψυχῆς, φρονήσατε. Verba sunt Clytaemestrae ad Furias. Etsi nunc ipsa umbra est, tamen ulcisci vult vitam sibi a filio ademptam. EUR. Hel. 946 λόγους ἀκοῦσαι τίνας ἐρεῖ ψυχῆς πέρι. Heracl. 984 Eurystheus, scito, inquit, me non venisse, ut tibi blandirer, μηδ' ἄλλο μηδὲν τῆς ἐμῆς ψυχῆς πέρι λέξοντα. Hec. 196 ἀγγέλλουσ' Ἀργείων δόξαι ψήφῳ τᾶς σᾶς περί μοι ψυχᾶς. Troad. 899 γνῶμαι τίνες Ἕλλησι καὶ σοὶ τῆς ἐμῆς ψυχῆς πέρι; Hec. 176 ἄϊε ματέρος αὐδάν, ὦ τέκνον, ὡς εἰδῇς οἵαν ἀΐω φάμαν περὶ σᾶς ψυχᾶς. SOPH. O. R. 94 τῶνδε γὰρ πλέον φέρω τὸ πένθος ἢ καὶ τῆς ἐμῆς ψυχῆς πέρι.

In praecedentibus iam aliquot exempla occurrebant, ubi ἡ ψυχή aliquid facere dicitur. Item res se habet:

EUR. Heracl. 530 ἥδε γὰρ ψυχὴ πάρα ἑκοῦσα κοὐκ ἄκουσα. I. A. 1390 ἡ δ' ἐμὴ ψυχὴ μί' οὖσα πάντα κωλύσει τάδε; frgm. 908 N οὐκ ἀρκεῖ μίαν ψυχὴν ἀλύειν κἀπὶ τῆδ' ἔχειν πόνους: nonne satis est unam vitam inquietam esse atque unius vitae causa laborari? Verba sunt matris, quae sibi persuadet melius esse liberos non peperisse, cf. Alc. 883.

Ἡ ψυχή aliquid pati dicitur:

SOPH. Ai. 559 τέως δὲ κούφοις πνεύμασιν βόσκου, νέαν ψυχὴν ἀτάλλων, μητρὶ τῇδε χαρμονήν. El. 786, v. supra pag. 191. Denique significatur vis vitalis, quae nos, ut vivamus, incitat, sine qua homines nonnumquam vivere videntur, sed quasi mortui.

AESCH. Choe 276 αὐτὸν δ' ἔφασκε τῇ φίλῃ ψυχῇ τάδε τείσειν μ' ἔχοντα πολλὰ δυστερπῆ κακά. Verba sunt Orestis, qui deinde mala enumerat, quae ut vita digna quae vivatur esse, non videatur, efficient vimque vitalem interiment. SOPH. Ant. 559 θάρσει· σὺ μὲν ζῇς, ἡ δ' ἐμὴ ψυχὴ πάλαι τέθνηκεν, ὥστε τοῖς θανοῦσιν ὠφελεῖν: bono animo es, nam tu vita frueris, vis vitalis mea autem iamdudum mortua est, ut mortuis prosit; sc. ex quo consilium cepi contra legem Creontis agendi, ut mortuo (Polynici) opitularer, scio mihi vitam ademptum iri, itaque nihil iam est, quod me ad vivendum incitat. EUR. Med. 226 ἐμοὶ δ' ἄελπτον πρᾶγμα προσπεσὸν τόδε ψυχὴν διέφθαρκε.

Distinguuntur vocabula βίος, βίοτος et ψυχή, quod planum fit ex versibus, ubi βίοτος et ψυχή iuxta leguntur veluti EUR. Alc. 929 ἔσωσας βίοτον καὶ ψυχήν. Βίος, βίοτος magis spectat ad vitae tempus ac rationem, ψυχή contra ad vim vitalem, animam. Est tamen, ubi legatur ψυχή pro βίος. EUR. Andr. 541 ἐπεί τοι μέγ' ἀνάλωσας ψυχῆς μόριον Τροίαν εἷλον, ubi vitae spatium significatur. Troad. 1171 νῦν δ' αὔτ' ἰδὼν μὲν γνούς τε σῇ ψυχῇ, τέκνον, οὐκ οἶσθα: nunc autem, quamquam vidisti cognovistique vivendo (eo ipso, quod vivis) tamen non intellexisti, quam dulce esset regem esse. Verba sunt Hecubae ad Astyanactem mortuum, qui infans mortuus regiam dignitatem vita, vitae condicione tantum cognoverat, sed quanti momenti esset, intellegere nondum poterat. AESCH. Choe. 749 φίλον δ' Ὀρέστην τῆς ἐμῆς ψυχῆς τριβήν: carum Orestem, cui consulens vitam (aetatem) meam

tero; intellegenda autem est Electra ipsa quasi consumi cura Orestis.

Nomen ψυχή vitam, vim vitalem significans apud Aeschylum quinquies, apud Sophoclem octies, apud Euripidem quinquagies occurrit.

V. *Animus*, quo continentur omnes facultates animi mentisque. Satius mihi videtur de hac notione nominis ψυχῆς altero capite quaerere et primum agere de compositis, in quibus nomen pristinam significationem retinet, spiritum, animam vitalem, vitam, umbram mortui indicat. In quibus tractandis omittam verba et substantiva a nomine ψῦχος ducta, quamquam scio hoc quoque substantivum cum radice nominis ψυχῆς cohaerere, ut ex. gr. apparet ex usu apud Aeschylum frgm. 127: καὶ μὴν πελάζει καὶ καταψύχει πνόη (ψυχή = πνεῦμα).

De Adiectivis cum Nomine ψυχή compositis.

Adiectiva cum nomine ψυχή composita desinunt in -ψυχος. Apud poetas tragicos exstant:

ἔμψυχος
ἄψυχος
φιλόψυχος

ἔμψυχος vocatur is, in quo ἡ ψυχή, vita, inest. Ter apud Sophoclem, quater apud Euripidem.

Soph. El. 1221 Electrae roganti vivatne, Orestes respondet: εἴπερ ἔμψυχός γ' ἐγώ. O. C. 1486 ἆρ' ἐγγὺς ἀνήρ, ἆρ' ἔτ' ἐμψύχου, τέκνα, κιχήσεταί μου καὶ κατορθοῦντος φρένα; me vivum adhuc et mentis compotem conveniet? Si quis vita

non fruitur, vivere non dicitur: Ant. 1167 ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν. EUR. Alc. 139 εἰ δ' ἔτ' ἐστὶν ἔμψυχος γυνὴ εἴτ' οὖν ὄλωλεν εἰδέναι βουλοίμεθ' ἄν. Hel. 972 Menelaus Plutoni: multos, inquit, Helenae causa gladio meo interfectos accepisti ἢ νῦν ἐκείνους ἀπόδος ἐμψύχους πάλιν, ἢ τήνδε... ἀνάγκασον... τἀμά γ' ἀποδοῦναι λέχη. Med. 230 πάντων δ' ὅσ' ἔστ' ἔμψυχα καὶ γ ν ώ μ η ν ἔχει γυναῖκές ἐσμεν ἀθλιώτατον φυτόν· Ἔμψυχα etiam cetera animalia vocantur, non solum homo; is autem γνώμῃ instructus est frgm. 472. 18 N τήν τ' ἐμψύχων βρῶσιν ἐδεστῶν πεφύλαγμαι, ubi ἔμψυχα ἐδεστά animalia sunt, quae interfecta edi possunt. Cf. Hipp. 952.

ἄ ψ υ χ ο ς est, in quo ἡ ψυχή, vita, non inest. Ita vocantur cum homines mortui, tum res inanimae. Hac notione adiectivum apud Euripidem quinquies occurrit.

EUR. frgm. 655 N οὐκ ἂν προδοίην καίπερ ἄψυχον φίλον. Troad. 623 πρὸς τάφῳ σφαγεῖσ' Ἀχιλλέως, δῶρον ἀψύχῳ νεκρῷ, ubi ἀψύχῳ nomini νεκρῷ (nam νεκρός per se iam hominem mortuum significat) vituperationis causa additum esse puto et poetam dicere: cur opus fuisset Polyxenam mactari Achilli, qui mortuus id non sentiret? Hipp. 952 ἀψύχου βορᾶς σίτοις, in versu corrupto de iis, qui ut Pythagoraei carne animalium non vescuntur; cf. frgm. 472. 18 N. Med. 1162 Creusa narratur ante speculum stare ἄψυχον εἰκῶ προσγελῶσα σώματος. Io 883 κέρασιν ἐν ἀψύχοις ἀχεῖ, ubi cornua inanima sonant Apollinis inflatu et quasi ἔμψυχα fiunt, ut securis illa Aristotelica ψυχήν habere dicitur, quamdiu homo eam movet. Aristot. de an. I 412 b.

Adiectivum ἄψυχος apud scriptores Atticos plerumque ignavum significat, qua notione in tragoedia semel legitur. de quo v. infra s. v. ἄψυχος pag. 212.

φ ι λ ό ψ υ χ ο ς vocatur is, cui ἡ ψυχὴ φιλή est. Voci semper vituperatio adiuncta est, φιλόψυχος vocatur is, cui vita n i m i s cara est, qui *ignavus* est, ut vitam suam servet. Translate dicitur de rebus, quae efficiunt, ut quis vitam suam nimis amet. Bis apud Euripidem.

EUR. Hec. 347 κακὴ φανοῦμαι καὶ φιλόψυχος γυνή. Phoen. 597 εἰσορῶ· δειλὸν δ' ὁ πλοῦτος καὶ φιλόψυχον κακόν.

C o m p o s i t a, q u o r u m p r i o r p a r s ψυχή e s t, a l t e r a a u t e m c u m s t i r p e v e r b i c o h a e r e t, apud poetas tragicos haec leguntur:

ψυχαγωγός
ψυχοπομπός
ψυχορραγής

ψ υ χ α γ ω γ ό ς est, qui τὰς ψυχὰς ἄγει. Proprie ψυχαγωγεῖν sive ψυχὰς ἄγειν dicebantur ei, qui precibus et carminibus magicis animas ex inferis in terram evocabant. Apud poetas tragicos nomen ψυχή in hoc composito semper umbram, animam mortui significat. Postea autem omnino est allicere, ducere, delenire, abripere et voci saepe mala notio adiuncta est. Primaria notione semel apud Aeschylum, bis apud Euripidem occurrit.

AESCH. Pers. 687 umbra Darii, vos, inquit, ψυχαγωγοῖς ὀρθιάζοντες γόοις καλεῖσθέ με: voce acuta querelas, quae umbras alliciunt, edentes me vocatis. EUR. Alc. 1128 οὐ ψυχαγωγὸν τόνδ' ἐποιήσω ξένον. frgm. 933 N βάσκανον ψυχαγωγόν.

ψ υ χ ο π ο μ π ό ς est, qui τὰς ψυχὰς πέμπει, epitheton Charonem et Mercurium ornans. Semel apud Euripidem. Alc. 361 οὐπὶ κώπῃ ψυχοπομπὸς ἂν Χάρων.

ψυχορραγής est, qui τὴν ψυχὴν (ἀπὸ τοῦ σώματος) ῥήγνυται, qui cum morte luctatur, animam agit. Semel apud Euripidem. I. T. 1466 ἃς ἂν γυναῖκες ἐν τόκοις ψυχορραγεῖς λίπωσ' ἐν οἴκοις.

De Verbis cum stirpe Nominis ψυχῆς cohaerentibus.

ψύχω proprie: *spiritum duco.* Semel apud Aeschylum. Prom. 692, ubi Wilamowitzius verbum in τύφειν mutat, ad Eum. v. 156 lectorem referens. Plerique editores verbum ψύχειν retinent. Cum nomine ψυχή coniunctum neque verbum τύφειν neque ψύχειν invenitur, bis autem legitur καρδίαν θερμαίνειν, cum cor gaudio afficitur, item κρύος τὴν καρδίαν περιπίτνειν. Fortasse Aeschylus ludit in significationem vocis ψυχῆς, nam philosophos fuisse, qui putarent animum ψυχήν appellatum esse ab adiectivo ψυχρός, διὰ τὴν ἀναπνοὴν καὶ τὴν κατάψυξιν, auctor est Aristoteles de an. I 405 b. Ceterum simplicia nulla leguntur.

A verbo ψύχειν cum praepositione ἀπό formatum est:

ἀποψύχω *efflo.* Semel apud Aeschylum, semel apud Sophoclem.

AESCH. frgm. 104 N ἀπεψύχη, sumptum ex Hesychio I p. 239 ἀπεπνευματίσθη (ὁ βίος). Soph. Ai. 1031 ἀπέψυξεν βίον: animam efflavit.

Cum adiectivis cohaerent:

φιλοψυχέω
λιποψυχέω
ψυχαγωγέω
ψυχορραγέω

φιλοψυχέω *vitam amo, curo ut vitam servem.* Non semper cum vituperatione dictum, participio autem semper vituperatio adiuncta est. Verbum iam apud Tyrtaeum frgm. 10, 7 occurrit. Quater apud Euripidem.

EUR. Hec. 315 πότερα μαχούμεθ' ἢ φιλοψυχήσομεν; utrum pugnabimus an vitam nostram servabimus? I. A. 1385 καὶ γάρ οὐδέ τοί τι λίαν ἐμὲ φιλοψυχεῖν χρεών. Heracl. 518 Macaria rogat nonne pudore erubescat si quis dixerit cur supplices venerint αὐτοὶ φιλοψυχοῦντες; 533 εὕρημα γάρ τοι μὴ φιλοψυχοῦσ' ἐγὼ κάλλιστον ηὕρηκ' εὐκλεῶς λιπεῖν βίον.

λιποψυχέω *a vita relinquor.* Herodotus (VII 229) verbo alia notione utitur; apud eum significat animo deficio, frangor, ubi nomeń ψυχή fortitudinem indicat. Semel apud Sophoclem. frgm. 456 N λιποψυχεῖν. Antiatt. p. 106. 13 λιποψυχεῖν· Σοφοκλῆς Πηλεῖ. Quamquam ex hoc uno verbo concludi non potest, quid significet, tamen non dubito nomini ψυχῇ hic notionem vitae attribuere, quoniam apud poetas tragicos in verbis compositis semper hoc modo adhibitum est.

ψυχαγωγέω *umbram duco.* H. Rabe Mus. Rhen. 1907 pag. 570 (Bursian Jahresb. 1910 pag. 120) ex Doxapatre (II 347 W. II 304 Sp.) affert: τὸ δὲ ψυχαγωγεῖν σημαίνει καὶ τὸ ἀνδραποδίζειν καὶ τὸ ἥδειν καὶ τέρπειν καὶ τὸ ἀπατᾶν καὶ τὸ διαπορθμεύειν τὰς ψυχάς, καθ' ὃ σημαινόμενον ψυχαγωγεῖν ὁ Χάρων λέγεται. Tum ex scholiis ad Aphthonium Sophoclem et Euripidem hoc verbo usos esse probat: εἴρηται δὲ τὸ ψυχαγωγεῖν ἐπὶ ἀνδραποδιστοῦ ὡς Εὐριπίδης ἐν τῷ Εὐρυσθεῖ ἐπὶ τοῦ Ἡρακλέους . . . ἐν Κερβέρῳ δὲ Σοφοκλῆς ἄλλως τῇ λέξει ἐχρήσατο· φησὶ γὰρ ἀλλ' οἱ (ἁπλοῖ, π corr., R) θανόντες ψυχαγωγοῦνται μόνοι.

ψυχορραγέω, ***animam corpori detraho, animam ago.*** Ter apud Euripidem. Alc. 20 νῦν κατ' οἴκους ἐν χεροῖν βαστάζεται ψυχορραγοῦσα. 143 ἤδη προνωπής ἐστι καὶ ψυχορραγεῖ. Herc. 324 ψυχορραγοῦντα καὶ καλοῦντα μητέρα πατρός τε πατέρα.

Substantiva cum stirpe nominis ψυχῆς composita, in quibus nomen proprio sensu adhibetur, nulla exstant.

II.

De Nomine ψυχή Animum indicanti.

I Fuit tempus, quo nomen ψυχή pro voce „animus" usurpari coeptum est, quod factum esse non multo ante, quam Aeschylus fabulas suas in scaenam produxerat, verisimile est. Qua notione iterum est *alter ille* (cf. supra pag. 186) qui in nobis omnibus collocatus omnibus, quae homo facit atque patitur, obnoxius est. Qua notione dicitur

verbis decipi: SOPH. Phil. 55 τὴν Φιλοκτήτου σε δεῖ ψυχὴν ὅπως λόγοισιν ἐκκλέψεις λέγων.

loqui, queri: SOPH. Ant. 227 ψυχὴ γὰρ ηὔδα πολλά μοι μυθουμένη. Verba sunt custodis, qui narrat animum suum saepius (πολλά) se allocutum esse dicentem, ubi Jebbius vertit *„found a voice, speaking many things."* Sed multa animus custodis non dixerat; immo vero identidem eadem dixerat, quod etiam imperfecto ηὔδα significatur. Tandem, τέλος, servus ad regem ire constituerat. Non dicit se vocem ex animo suo surgentem audivisse, sed animum suum

loquentem, quod Iebbius indicium simplicitatis eius esse putat. O. R. 63 ἡ δ' ἐμὴ ψυχὴ πόλιν τε κἀμὲ καὶ σ' ὁμοῦ στένει. Regi dolor multo maior est quam homini privato; nam hic suo tantum dolore afficitur, ille autem dolore civitatis, suo, alieno: recte dicitur ἡ δ' ἐμὴ ψυχή, non ἐγώ, quoniam animus locus est, quo affectus concipiuntur.

videre: SOPH. Phil. 1014 ἀλλ' ἡ κακὴ σὴ διὰ μυχῶν βλέπουσ' ἀεὶ ψυχή, ubi nomen ψυχή ad mores spectat, cf. Ai. 954 κελαινώπαν θυμόν et ea, quae supra pag. 158 sq. de eo versu adnotata sunt. El. 903 κεὐθὺς τάλαιν' ὡς εἶδον, ἐμπαίει τί μοι ψυχῇ σύνηθες ὄμμα, φιλτάτου βροτῶν πάντων Ὀρέστου τοῦθ' ὁρᾶν τεκμήριον: illico mihi miserae videnti (sc. comam) ante animum versatur (incidit in animum) imago quaedam mihi nota.

consilium capere: AESCH. Pers. 27 δεινοὶ δὲ μάχην ψυχῆς εὐτλήμονι δόξῃ, ubi δόξα eandem vim habet ac δόγμα.

Hac significatione nomen apud Sophoclem quinquies (quater) apud Aeschylum semel occurrit.

II *Sedes affectuum.*

AESCH. Prom. 693 ὧδε δυσθέατα καὶ δύσοιστα πήματα, λύματα, [δείματ'] ἀμφήκει κέντρῳ ψύχειν ψυχὰν ἐμάν, de quo versu vide supra pag. 201. SOPH. Ant. 930 ἔτι τῶν αὐτῶν ἀνέμων αὑταὶ ψυχῆς ῥιπαὶ τήνδε γ' ἔχουσιν. Anima proprie idem est ac πνεῦμα; itaque poeta dicere poterat ῥιπαὶ ἀνέμων ψυχῆς, ubi nomen ψυχή translata notione adhibita est. Animus Antigonae affectibus gravibus fluctuat, quasi procella in eo saeviat. Cf. Ant. 135 sqq: πυρφόρος ὃς τότε μαινομένᾳ ξὺν ὁρμᾷ βακχεύων ἐπέπνει ῥιπαῖς ἐχθίστων ἀνέμων. EUR. Alc. 118 ἀλλ' οὐδὲ ναυκληρίαν ἔσθ' ὅποι τις αἴας στείλας... δυστάνου παραλῦσαι ψυχάν: nusquam terrarum curam fugere possunt homines. Vestigia

propriae significationis manent; τῆς ψυχῆς proprium est seiungere se a corpore; homo autem, quamdiu in terra versatur, animum a cura seiungere, cura liberare, non potest.

Ἡ ψυχή complectitur omnia membra, quibus affectus continentur; ea vis enim, quae homini cum vitam tum sensus adimit, philosophis omnes affectus recipere videbatur. Sic factum est ut omnia, quae τὰς φρένας, τὸν θυμόν etc. afficere dicebantur ad τὴν ψυχήν transferrentur et ut poetae iisdem fere imaginibus uterentur, quas adhibebant ad indicandum, quos affectus αἱ φρένες, ὁ θυμός etc. conciperent. Itaque τὴν ψυχὴν δάκνειν, χαράσσειν, τρύχειν, δεῖν, τήκειν dicebant.

SOPH. Ant. 317 ἐν τοῖσιν ὠσὶν ἢ 'πὶ τῇ ψυχῇ δάκνῃ; verbis ἐπὶ τῇ ψυχῇ locus indicatur, ubi quis dolore mordetur. Postquam Creon eum rogavit, cur definiret, ubi dolor suus esset, custos denuo ὁ δρῶν, inqüit, σ' ἀνιᾷ τὰς φρένας, τὰ δ' ὦτ' ἐγώ: qui facinus commisit animum tuum dolore afficit, ego autem aures tuas (dicendo). EUR. Med. 110 τί ποτ' ἐργάσεται μεγαλόσπλαγχνος δυσκατάπαυστος ψυχὴ δηχθεῖσα κακοῖσιν; nomen pro ipsa Medea, sed cum maiore misericordia quam nomen proprium, usurpatur. frgm. 431 N Ἔρως γὰρ . . . καὶ θεῶν ἄνω ψυχὰς χαράσσει κἀπὶ πόντον ἔρχεται. Sic Stobaeus, qui versum Sophocli tribuebat; Clemens autem ταράσσει (Naber Mnem. N. S. IX pag. 242). Verbo ταράσσειν usus est Euripides Hipp. 969 ὅταν ταράσσει Κύπρις ἡβῶσαν φρένα, verbo χαράσσειν Med. 157 κείνῳ τόδε μὴ χαράσσου: hac re in eum exacerbari noli. Eadem notione verbum scriptum legitur apud Herodotum VII 1. Contra Herod. VI I ὁ ἔρως κνίζειν τινά dicitur. Si re vera Sophoclis versus essent, verbum χαράσσειν retinerem, sed cum, ut recte observavit Nauckius, Euripidis esse videantur versus notissimos Ant. 785 sq. imitati, cum Clemente ταράσσειν

legere maluerim. SOPH. O. R. 666 ἀλλά μοι δυσμόρῳ γᾶ φθίνουσα τρύχει ψυχάν. EUR. Heracl. 645 πάλαι γὰρ ὠδίνουσα τῶν ἀφιγμένων ψυχὴν ἐτήκου, νόστος εἰ γενήσεται: iamdudum enim tabescis (mente) magno dolore <quaerens> an ii, qui venerunt, reditum consecuturi sint. Cum verbo ὠδίνειν etiam Soph. Ai. 794 pronomen interrogativum τί coniungitur. Itidem verbum τήκεσθαι legitur: EUR. El. 208 αὐτὰ δ' ἐν χερνῆσι δόμοις ναίω ψυχὰν τακομένα. (Cf. etiam Soph. El. 123. Eur. Med. 158). Hipp. 160 λύπᾳ δ' ὑπὲρ παθέων εὐναία δέδεται ψυχά: dolore, quem ex malis animo conceperat, aegrotans cubat (Phaedra). Nomine ψυχά ipsa Phaedra significatur, sed Chorus cum maiore misericordia vocabulum ψυχήν adhibet, cf. nostras „ziel". Alc. 343 Admetus post mortem uxoris effigiem marmoream eius complecti se fingens, ψυχράν, inquit, μὲν οἶμαι τέρψιν, ἀλλ' ὅμως βάρος ψυχῆς ἀπαντλοίην ἄν· Itaque qui gravibus sollicitudinibus vexatur, eius animus gravari dicitur, cf. Hipp. 259 χαλεπὸν βάρος, sed dolor eius ex animo exhauriri potest. Ita animus levari dicitur Med. 476 ἐγώ τε γὰρ λέξασα κουφισθήσομαι ψυχὴν κακῶς σε καὶ σὺ λυπήσῃ κλύων. Τὴν ψυχὴν θιγγάνειν legitur Alc. 108 ἔθιγες ψυχᾶς, ἔθιγες δὲ φρενῶν.

Verbum ὠδίνειν iam ab Homero translata notione usurpatum est Od. ι 415, ubi dolor vehemens significatur. Ab Euripide ἡ ψυχὴ ὠδίνειν dicitur. Hipp. 259 τὸ δ' ὑπὲρ δισσῶν μίαν ὠδίνειν ψυχὴν χαλεπὸν βάρος, ὡς κἀγὼ τῆσδ' ὑπεραλγῶ. Cf. Heracl. 645.

Ἡ ψυχή amore domita dicitur. Hipp. 505 ὡς ὑπείργασμαι μὲν εὖ ψυχὴν ἔρωτι, τἀσχρὰ δ' ἢν λέγῃς καλῶς. Itidem Sophocles imagine vividiore πλευμόνων ἐντήκεσθαι: SOPH. frgm. 855 ἐντήκεται γὰρ πλευμόνων ὅσοις ἔνι ψυχή· τίς οὐχὶ τῆσδε δεύτερος θεοῦ;

Quoniam ἡ ψυχή omnes facultates ψυχικάς complectitur, ὁ θυμός quoque in ea habitat. EUR. frgm. 822 N καὶ δ υ σ θ υ μ ί α ς ψυχὴν μεθιστᾶσα: animo a tristitia amoto; cf. Soph. El. 218 σᾷ δυσθύμῳ ψυχᾷ.

Sequuntur exempla, in quibus ἡ ψυχή pati, dolore et gaudio affici, cupere dicitur, nulla notione corporali coniuncta.

AESCH. Pers. 841 ὑμεῖς δὲ πρέσβεις χαίρετ' ἐν κακοῖς ὅμως ψυχῇ δ ι δ ό ν τ ε ς ἡ δ ο ν ὴ ν καθ' ἡμέραν. EUR. Hipp. 173 τί ποτ' ἔστι μαθεῖν ἔ ρ α τ α ι ψυχή. Io 1247 τί ποτ', ὦ μελέα δέσποινα, μένει ψυχῇ σε π α θ ε ῖ ν; 877 ψυχὴ δ' ἀ λ γ ε ῖ. Or. 466, de quo versu v. infra s. v. καρδία pag. 243. Hipp. 527 Ἔρως, ὃ κατ' ὀμμάτων στάζεις πόθον, εἰσάγων γλυκεῖαν ψυχᾷ χάριν οὓς ἐπιστρατεύσῃ. frgm. 754 N (Hyps. 15 H) ἡ δ ο μ έ ν ᾳ ψυχᾷ.

Ad indicandum, quibus affectibus ἡ ψυχή obnoxia sit, poetae tragici iisdem fere verbis utuntur, quae usurpant ad motus significandos, qui τῆς φρενός sunt. Apud Aeschylum ἡ ψυχή afficitur dolore et metu, apud Sophoclem dolore, apud Euripidem dolore, amore, gaudio. Sedem affectuum apud Aeschylum b i s, apud Sophoclem q u a t e r, apud Euripidem s e p t i e s d e c i e s significat.

III *Mores.*

Plerumque nomini adiungitur adiectivum, in quo sive laus, sive vituperatio inest. Unus est locus, ubi ἡ ψυχή aliquid facere dicitur. SOPH. frgm. 97 N ψυχὴ γὰρ ε ὔ ν ο υ ς καὶ φ ρ ο ν ο ῦ σ α τ ο ὔ ν δ ι κ ο ν, ubi νῷ praedita esse fingitur. In vocabulo εὔνους aliquid laudis inest, ut etiam in adiectivis nomini ψυχῇ attributis in his versibus: AESCH. Pers. 442 Περσῶν ὅσοιπερ ἦσαν ἀκμαῖοι φύσιν ψυχήν τ' ἄ ρ ι σ τ ο ι κεὐγένειαν ἐκπρεπεῖς τεθνᾶσιν. EUR. Hec. 580 οὐκ εἶ τι

δώσων τῇ πέρισσ' εὐκαρδίῳ ψυχήν τ' ἀ ρ ί σ τ η ; Hipp. 1006 οὐδὲ ταῦτα γὰρ σκοπεῖν πρόθυμός εἰμι, π α ρ θ έ ν ο ν ψυχὴν ἔχων. frgm. 388. 2 N ἔρως ψυχῆς δ ι κ α ί α ς σ ώ φ ρ ο ν ό ς τε κ ἀ γ α θ ῆ ς. frgm. 185 ἀμελεῖς ὧν <σε φροντίζειν ἐχρῆν> ψυχῆς φ ύ σ ι ν <γὰρ> ὧδε γ ε ν ν α ί α ν <λαχών>.

Adiectivum vituperationem indicans adiungitur: AESCH. Ag. 1643 τί δὴ τὸν ἄνδρα τόνδ' ἀπὸ ψυχῆς κ α κ ῆ ς οὐκ αὐτὸς ἠνάριζες; ubi praepositione ἀ π ό causa indicatur, ut etiam Ag. 1302 τλήμων ἀπ' εὐτόλμου φρενός. SOPH. Phil. 1014 ἀλλ' ἡ κ α κ ὴ σὴ διὰ μυχῶν βλέπουσ' ἀεὶ ψυχή. Ai. 1361 σ κ λ η ρ ὰ ν ἐπαινεῖν οὐ φιλῶ ψυχὴν ἐγώ. Cf. Ai. 659 περισκελεῖς φρένες et ea, quae supra s. v. φρήν pag. 16 ad hunc versum adnotata sunt. Contra in bonam partem eodem adiectivo utitur poeta Trach. 1260. Verba sunt ipsius Herculis, qui postquam filio persuasit, ut se in rogo poneret animum suum sic alloquitur: ἄγε νυν πρὶν τήνδ' ἀνακινῆσαι νόσον, ὦ ψυχὴ σ κ λ η ρ ά, χαλύβος λιθοκόλλητον στόμιον παρέχουσ', ἀνάπαυε βοήν, ὡς ἐπίχαρτον τελέουσ' ἀεκούσιον ἔργον. Animus durus vocatur, quod efficit ut Hercules dolori resistat. El. 218 δ υ σ θ ύ μ ῳ ψυχᾷ, vide supra s. v. δύσθυμος pag. 168.

Nullo adiectivo addito nomen semel apud Sophoclem occurrit. Ant. 176 ἀμήχανον δὲ παντὸς ἀνδρὸς ἐκμαθεῖν ψυχήν τε καὶ φρόνημα καὶ γνώμην πρὶν ἂν ἀρχαῖς τε καὶ νόμοισιν ἐντριβὴς φανῇ, ubi nihil habeo quod addam iis, quae Iebbius adnotat: „ψυχήν, *'soul,' the man's moral nature generally:* φ ρ ό ν η μ α *the 'spirit' of his dealing in public affairs, according as his aims are lofty or mean his policy bold or timid (cp. 20,7* τοιόνδ' ἐμὸν φρόνημα*):* γ ν ώ μ η ν, *the intellectual aspect of the man, his ability and judgment. In Her. 5. 124* ψυχὴν οὐκ ἄκρος, 3, 14, διεπειρᾶτο αὐτοῦ τῆς ψυχῆς, *the word='fortitude'. But the usage of Soph. favours the more*

general sense here: cp. 227, 929, *Ai.* 1361 σκληρὰν . . . ψυχήν, *El.* 319 σᾷ δυσθύμῳ τίκτουσ' αἰεὶ ψυχᾷ πολέμους. *Plato has the phrase* τῆς ψυχῆς τὴν γνώμην *for 'the intellect'* (*Legg.* 672 B). Eodem modo adiectivo addito inter se opponuntur φρόνημα et ψυχή: EUR. Heracl. 926 μήποτ' ἐμοὶ φρόνημα ψυχά τ' ἀκόρεστος εἴη.

Denique ἡ ψυχή locus est, in quo virtutes sedent. Vividissima imagine Aeschylus dixerat: Ag. 982 θάρσος εὐπιθὲς ἵζει φρενὸς φίλον θρόνον, de quo versu vide supra s. v. φρήν pag. 17. Itidem Euripides Alc. 604: πρὸς δ' ἐμᾷ ψυχᾷ θάρσος ἧσται θεοσεβῆ φῶτα κεδνὰ πράξειν.

Mores significans nomen ψυχή apud Aeschylum t e r, apud Sophoclem s e x i e s, apud Euripidem s e x i e s occurrit.

IV *Animus, sensus, animi affectio.*

EUR. Hipp. 255 χρῆν γὰρ μετρίας φιλίας θνητοὺς ἀνακίρνασθαι καὶ μὴ π ρ ὸ ς ἄ κ ρ ο ν μ ύ ε λ ο ν ψυχῆς. Adiectivum ἄκρος cum imum tum summum significans hic, cum nomine μυελός coniunctum imam medullam indicat. Agitur de amicitia, quae, ut ita dicam, in medullis alicuius haeret ita, ut eam solvi difficile sit. Cf. quae dicta sunt supra s. v. φρήν pag. 20 (Ag. 805) et quae dicentur infra s. v. καρδία (Hec. 242). SOPH. Ant. 708 ὅστις γὰρ αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ ἢ γλῶσσαν, ἣν οὐκ ἄλλος ἢ ψυχὴν ἔχειν, οὗτοι διαπ τ υ χ θ έ ν τ ε ς ὤφθησαν κενοί. Eodem sensu ac διαπτύξαι dicuntur ἀναπτύξαι, ἀνοῖξαι, διελεῖν: frgm. 360 N ψυχῆς ἀ ν ο ῖ ξ α ι τὴν κεκλῃμένην π ύ λ η ν. Cf. Eur. Med. 660. Troad. 662, de quibus versibus vide supra s. v. φρήν pag. 20 et scolium apud Athenaeum XV 694 C, Eustath. p. 1574. 16 (Bergk, P. L. scolium 7): εἴθ' ἐξῆν, ὁποῖός τις ἦν ἕκαστος, τὸ στῆθος διελόντ', ἔπειτα τὸν νοῦν ἐπιδόντα κλείσαντα πάλιν, ἄνδρα φίλον νομίζειν ἀδόλῳ φρενί. EUR. Io 1170 στεφάνοισι

κοσμηθέντες εὐόχθου βορᾶς ψυχὴν ἐπλήρουν. Cf. Hom. Od. ρ 603 πλησάμενος θυμὸν ἐδητύος. Cycl. 340 τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἐγὼ οὐ παύσομαι δρῶν εὖ—κατεσθίων τε σέ. Quo versu ψυχήν eandem vim habere ac θυμόν puto. Quod facile fieri potest, cum ἡ ψυχή omnes partes animi, φρένα, θυμόν, νοῦν, complectatur. Neque fortuito in toto σατυρικῷ Euripides nomine φρήν numquam usus est. Bacch. 75 μάκαρ, ὅστις ... βιοτὰν ἁγιστεύει καὶ θιασεύεται ψυχὰν ἐν ὄρεσσι βακχεύων. Andr. 160 δεινὴ γὰρ ἠπειρῶτις εἰς τὰ τοιάδε ψυχὴ γυναικῶν. Rhes. 344 φράσω γὰρ δὴ ὅσον μοι ψυχᾷ προσφιλές ἐστιν εἰπεῖν. frgm. 220 N ψυχὴν τὰ πολλὰ πρὸς φίλων νικώμενοι, de quo versu vide supra pag. 84 s.v. φρονεῖν. frgm. 323 N τάχ' ἂν πρὸς ἀγκάλαισι καὶ στέρνοις ἐμοῖς πηδῶν ἄθυροι καὶ φιλημάτων ὄχλῳ ψυχὴν ἐμὴν κτήσαιτο. Verba dicta sunt de infante blanditiis animum, meliorem partem alicuius sibi concilianti. Heracl. 173 κακῶς γὰρ 'Αργείοισιν οἶδ' ὡπλισμένοις μάχοιντ' ἂν ἡβήσαντες, εἴ <τι> τοῦτό σε ψυχὴν ἐπαίρει. Mire coniungitur verbum, quo poetae cum nomine θυμός utuntur. Suppl. 1024 σὲ τὸν θανόντ' οὔποτ' ἐμᾷ προδοῦσα ψυχᾷ κατὰ γᾶς. Or. 526 ἐπεὶ τίν' εἶχες, ὦ τάλας, ψυχὴν τότε, ὅτ' ἐξέβαλλε μαστὸν ἱκετεύουσα σε μήτηρ; Hic nomen ψυχή positum est pro iis, quae in animo sunt, ut etiam 1046 ὦ φίλτατ', ὦ ποθεινὸν ἥδιστόν τ' ἔχων τῆς σῆς ἀδελφῆς ὄνομα καὶ ψυχὴν μίαν. frgm. 360. 54 οὐκ ἔσθ' ἑκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἄτερ προγόνων παλαιὰ θέσμι' ὅστις ἐκβαλεῖ.

Animi affectionem significans nomen ψυχή nusquam apud Aeschylum, bis apud Sophoclem, ter decies apud Euripidem occurrit.

V *Mens.*

EUR. Or. 1180 ἐπεὶ τὸ συνετόν γ' οἶδα σῇ ψυχῇ παρόν.

SOPH. O. R. 727 ψυχῆς πλάνημα κἀνακίνησις φρενῶν. Ex hoc versu perspicitur, quid intersit inter primariam notionem nominis ψυχῆς et φρενῶν. Nam ἡ ψυχή locum suum mutare atque hominem non solum mortuum, sed etiam vivum relinquere potest. Ἡ φρήν autem semper in eodem loco manet, animi affectionibus moveri tantum potest. Hic ψυχή mentem significat — Oedipodis cogitationes per praeterita errant — φρήν autem animum; graviter enim Oedipus commotus est iis, quae audiverat. EUR. Troad. 640 ὁ δ' εὐτυχήσας ἐς τὸ δυστυχὲς πεσὼν ψυχὴν ἀλᾶται τῆς πάροιθ' εὐπραξίας. Bacch. 1268 τὸ δὲ πτοηθὲν τόδ' ἔτι σῇ ψυχῇ πάρα; Herc. 626 σύ τ', ὦ γύναι μοι, σύλλογον ψυχῆς λαβὲ τρόμου τε παῦσαι, cf. 833 συλλαβοῦσα καρδίαν. Apud Homerum legimus Δ 152 οἱ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἀγέρθη, X 475, ε 458, ω 349 ἐς φρένα θυμὸς ἀγέρθη, de iis dictum, qui ad sensum sui redeunt. Tum anima in praecordia colligi dicitur. Eandem vim habet σύλλογος ψυχῆς, συλλαμβάνειν καρδίαν. In nostra lingua talia non inveniuntur, sed latine occurrit animum, animos, se colligere.

Mentem nomen ψυχή semel apud Sophoclem, quater apud Euripidem indicat.

Propriae significationis vocis ψυχῆς, spiritus, ex Homero unum tantum exemplum afferri potest, X 467 ἀπὸ δὲ ψυχὴν ἐκάπυσσεν (Andromache) nam E 696, utrum spiritum an vitam indicet nomen, ambiguum est. Neque Aeschylus, neque Sophocles vocem ita usurpant; occurrit autem quinquies apud Euripidem. Videntur iam aetate Homeri homines oblitos esse, unde nomen ψυχή ductum esset. Nam apud eum imprimis significat animam, hominem morientem relinquentem, animam mortui, vitam. Postea autem nomen paulatim reviviscebat, philosophis auctoribus, qui animas referebant in ea,

quae ad originem et mortem hominum et rerum pertinent. Apud Laërtium Diogenem (IX 19) legimus Xenophanem primum τὴν ψυχὴν πνεῦμα appellavisse: πρῶτος ἀπεφήνατο ὅτι ἡ ψυχὴ πνεῦμα.

Ad umbram mortui significandam Aeschylus semel nomen adhibet. Itaque quae Iebbius adnotat ad O. C. v. 999 „ψυχή *in the trag. never means a departed spirit, but always the anima of the living*", ad Sophoclis et Euripidis fabulas tantum pertinent.

Frequentissimus autem est usus apud Euripidem, ubi vitam nomen designat.

Animum et mentem apud Homerum nusquam significat, saepe apud poetas tragicos, praesertim apud Euripidem. Apud quem semel coniungitur cum verbo ἐπαίρειν, uno ex verbis movendi, quae poetae cum nomine θυμός coniungere solent. Apparet τὴν ψυχήν, quamquam ipsa moveri potest, non valere ad alias res movendas, unde intellegitur interesse inter ψυχήν et θυμόν. Est etiam, sed raro, ubi apud Sophoclem et Euripidem idem ac νοῦς significet, qua notione nomen apud Aeschylum non occurrit.

De Adiectivis cum Nomine ψυχή compositis.

Adiectiva cum nomine ψυχή, animo, composita desinunt in -ψυχος. Apud poetas tragicos exstant:

ἄψυχος
εὔψυχος
βαρύψυχος
ἰσόψυχος
πάμψυχος

ἄψυχος translata notione significat *imbellem, ignavum.*

Semel apud Aeschylum, apud quem nomen ψυχή, ubi mores indicat, ad fortitudinem spectat. Ab hominibus ad res transfertur. S. c. Th. 192 καὶ νῦν πολίταις . . . διερροθήσατ' ἄψυχον κάκην: ἡ τῶν ἀψύχων ἀνθρώπων κάκη.

εὔψυχος est is, cuius ψυχὴ εὖ ἔχει, qui *fortis* est. Semel apud Aeschylum, ter apud Euripidem.

EUR. Andr. 764 πολλῶν νέων γὰρ κἂν γέρων εὔψυχος ᾖ, κρείσσων. Hel. 852 εὔψυχον ἄνδρα πολεμίων θανόνθ' ὕπο κούφῃ καταμπίσχουσιν ἐν τύμβῳ χθονί. Rhes. 510 οὐδεὶς ἀνὴρ εὔψυχος ἀξιοῖ λάθρᾳ κτεῖναι τὸν ἐχθρόν.

AESCH. Pers. 394 ἐς μάχην ὁρμῶντες εὐψύχῳ θράσει, ubi θράσος hominis instar ψυχῇ praeditum Graecos in pugna comitari dicitur.

βαρύψυχος est, cuius ψυχὴ βαρεῖα est, qui demisso animo est. Plutarchus Mor. pag. 477 E tales homines significat dicens: ἐν ὀδυρμοῖς τὰ πολλὰ καὶ βαρυθυμίαις καὶ μερίμναις διατρίβοντας. Semel apud Sophoclem. Ai. 319 πρὸς γὰρ κακοῦ τε καὶ βαρυψύχου γόους τοιούσδ' ἀεί ποτ' ἀνδρὸς ἐξηγεῖτ' ἔχειν. Aliam notionem vocis scholiasta indicat interpretans μικροψύχου, minus recte, nam μικρος et βαρύς idem significare posse non videntur; nomen ψυχή autem in adiectivis compositis ceterum ad animum, fortitudinem, aut ad vitam spectat.

ἰσόψυχος est, cui ἡ ψυχὴ ἴση est cum altero, qui *eadem fortitudine* est atque alter. Semel apud Aeschylum. Ag. 1470, ubi κράτος hominis instar ψυχῇ ornatum esse fingitur. In versibus praecedentibus Clytaemestra marito interfecto Choro suaserat, ne quid Helenae exprobraret. Tum Chorus adloquitur τὸν δαίμονα his verbis: δαῖμον, ὃς

ἐμπίτνεις δώμασι καὶ διφυίοισι Τανταλίδαισι (Helenae et Clytaemestrae) κράτος τ' ἰσόψυχον ἐκ γυναικῶν, καρδιόδηκτον ἐμοὶ κρατύνεις: atque imperas imperio, quod eadem audacia (fortitudine) ‹duo› mulieres tenent, mihi autem miserabile est...

πάμψυχος. Cum homo moritur ἡ ψυχή eius in Orcum descendit, quae tamen ψυχή non omnibus facultatibus animi instructa est. Nam ἔστι καὶ ἐν Ἀΐδαο δόμοισι ψυχὴ καὶ εἴδωλον, ἀτὰρ φρένες οὐκ ἔνι πάμπαν. Amphiaraus autem vivus cum equis et curru a terra haustus erat et ita ut in terra in Orco versabatur, διασώσας πᾶσαν τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν, ut scholiasta ad SOPH. El. 841 καὶ νῦν ὑπὸ γαίας πάμψυχος ἀνάσσει recte adnotat. Etiam alias interpretationes dat: πάμψυχος ἀνάσσει: ἀντὶ πασῶν ψυχῶν ἀνάσσει αἳ δὴ ἐν χρείᾳ καθεστᾶσι τῆς ἐκείνου μαντικῆς, quae verba ultima ex aliis scholiis irrepsisse puto ut etiam tertiam interpretationem: ὁ διὰ παντὸς τὴν ψυχὴν σῴζων, ὅ ἐστιν ἀθάνατος. Neque hoc verum est, nam Minerva Amphiarao ob factum crudele immortalitatem ademerat. Cf. Schol. Il. E 126, Pind. N. X 12.

Verba cum stirpe nominis ψυχῆς composita, in quibus vox ψυχή animum indicat, nulla exstant.

De Substantivis cum stirpe Nominis ψυχῆς compositis.

Substantiva cum stirpe nominis ψυχῆς composita desinunt in -ια. Apud poetas tragicos exstant:

ἀψυχία
εὐψυχία

ἀψυχία est eius, qui ἄψυχος est, *ignavia.* Bis apud Aeschylum, quater apud Euripidem.

AESCH. S. c. Th. 259 ἀψυχίᾳ γὰρ γλῶσσαν ἁρπάζει φόβος. Verba sunt Chori identidem ab Eteocle admoniti ut taceret. 383 θείνει δ' ὀνείδει μάντιν Οἰκλείδην σοφόν, σαίνειν μόρον τε καὶ μάχην ἀψυχίᾳ. EUR. Alc. 642 ἦ τἄρα πάντων διαπρεπεῖς ἀψυχίᾳ. 696 εἶτ' ἐμὴν ἀψυχίαν λέγεις, γυναικός, ὦ κάκισθ', ἡσσημένος. 717 σημεῖα τῆς σῆς, ὦ κάκιστ', ἀψυχίας. 956 ἰδοῦ τὸν αἰσχρῶς ζῶνθ', ὃς οὐκ ἔτλη θανεῖν, ἀλλ' ἣν ἔγημεν ἀντιδοὺς ἀψυχίᾳ πέφευγεν Ἅιδην.

εὐψυχία est eius, qui εὔψυχος est, *virtus, mores boni.* Semel apud Aeschylum, quater decies apud Euripidem.

AESCH. Pers. 326 Συέννεσίς τε πρῶτος εἰς εὐψυχίαν εὐκλεῶς ἀπώλετο. EUR. El. 390 οὐδὲ γὰρ δόρυ μᾶλλον βραχίων σθεναρὸς ἀσθενοῦς μένει· ἐν τῇ φύσει δὲ τοῦτο κἀν εὐψυχίᾳ. Ex versibus praecedentibus (384 sqq.) apparet non solum fortitudinem, sed bonam condicionem animi universam significari. Hel. 953 ἀλλ' οὐχὶ τοῦτο τὸ καλόν, εἰ καλὸν τόδε αἱρήσομαι 'γὼ πρόσθε τῆς εὐψυχίας. Herc. 157 ὃς ἔσχε δόξαν οὐδὲν ὢν εὐψυχίας θηρῶν ἐν αἰχμῇ. 162 ἀνδρὸς δ' ἔλεγχος οὐχὶ τόξ' εὐψυχίας. Nam qui bestias sagittis venatur is periculis non obviam it, eique fortitudine opus non est. Heracl. 569 τῆς τε σῆς εὐψυχίας (Macariae, quae se ipsa morti offert) καὶ τοῦ δικαίου. 597 ἀλλ', ὦ μέγιστον ἐκπρέπουσ' εὐψυχίᾳ πασῶν γυναικῶν, ἴσθι, τιμιωτάτη . . . ἔσῃ πολύ. 746 ἔστιν δ' ἐν ὄλβῳ καὶ τόδ' οὐκ ὀρθῶς ἔχον, εὐψυχίας δόκησις. 812 στρατὸς δ' ἐπῄνεσ' ἔς τ' ἀπαλλαγὰς πόνων καλῶς λελέχθαι μῦθον ἔς τ' εὐψυχίαν. I. A. 1562 εὐψυχίαν τε κἀρετὴν τῆς παρθένου. Suppl. 842 πόθεν ποθ' οἵδε διαπρεπεῖς εὐψυχίᾳ ἔφυσαν ; non solum in pugna, adversus hostes, aut cum mors homini proponitur ei fortitudine opus est, sed

multae aliae res sunt, ubi homines fortes se praestare debent. Cycl. 652 χειρὶ δ' εἰ μηδὲν σθένεις, ἀλλ' οὖν ἐπεγκέλευέ γ' ὡς εὐψυχίαν φίλων κελευσμοῖς τοῖσι σοῖς κτησώμεθα. Etiam si quis malum factum sibi proposuit ei hac virtute opus est: Med. 403 νῦν ἀγὼν εὐψυχίας. Suppl. 164 εὐψυχίαν ἔσπευσα ἀντ' εὐβουλίας, ubi εὐψυχία τῆς ψυχῆς, εὐβουλία τοῦ νοῦ virtus est. frgm. 329 N χαρακτὴρ χρηστὸς εἰς εὐψυχίαν.

CAPUT V.

ΜΕΝΟΣ.

Μένος (Boisacq pag. 627) proprie significat *impetum.* Apud scholiastam ad Soph. Ant. 959 legitur: μένος γὰρ ἡ ὀργή. Itidem multi alii scholiastae, quorum testimonia affert Ebelingius lex. Hom. s. v. Alia autem exstant apud scholiastam ad Eur. Hipp. 983 πάτερ, μένος: ὦ πάτερ, ἡ μὲν δύναμις σου μεγάλη ἐστὶ καὶ ἡ διάνοια τῶν σῶν φρενῶν κ.τ.λ. Videtur ei μένος vim, potentiam significare.

Apud Ebelingium lex. Hom. pag. 1065 haec scripta invenimus: *„Intellegit poeta* μένος *eam animi vim, qua quis ad agendum impellitur, ita ut media intercedat inter duas alias vires,* θυμόν, *cupiditatem, et* ψυχήν, *animam, atque exprimuntur primum eae corporis vires, quibus ut agamus impellimur vel longius propellimur, unde usu venit ut omnino vim, quae inest vel in toto corpore vel in singulis membris significet. Deinde valet animam, id est eam vim, quae in toto versatur corpore, qua vivimus et qua exstincta e vita discedimus, tum motus animi appetentis, qui quasi ex imo animo prorumpunt et ad agendum impellunt i. e. animum sive fortitudinem, iram effervescentem, sive furorem, cupiditatem.*

Cum pleraque vocabula animum mentemque significantia procedente tempore sensum latiorem acceperint, memoria

dignum est notionem nominis μένους temporis intervallo finibus angustioribus coercitam esse.

Μένος est vis per totum corpus hominis diffusa, cum corpore peritura, ipsa apud Homerum semper incorporalis. Quae omnia de θυμός quoque dici possunt. Sed inter nomina μένος et θυμόν magnum mihi videtur esse discrimen. Τὸ μένος enim cum corpore nostro coniunctum est, ὁ θυμός autem pars animi est. Cum μένει ad aliquid faciendum homo propellitur corporis viribus confisus est. Quo fit ut apud Homerum plerumque de hominibus atque iis fortioribus nomen usurpatum sit. Nonnumquam animalia fortiora quoque μένει praedita dicuntur (leo, aper, panthera P 20, equus P 475, mulus η 2, bos γ 449) itidem naturae vires (aqua M 17 ποταμῶν μένος, ignes Z 179, sol κ 159).

Cum μένει confisi sunt homines, fieri potest ut eo adducti cum fortitudine aut cum audacia agant. Inde nomen in bonam partem adhibitum illam, in malam partem hanc notionem asciscit.

Μένει ei quoque efferuntur, qui aliquem malo quodam afficere volunt, alicui irascuntur. Ex quo sequitur ut nomine etiam ira significetur, quae factis perspicitur.

Μένος igitur est:

I *Animi impetus*, vis, qua quis ad agendum impellitur.

de hominibus: Aesch. Ag. 304 πέμπουσι δ' ἀνδαίοντες ἀφθόνῳ μένει φλογὸς μέγαν πώγωνα. Ἀφθόνῳ μένει agunt ii, qui benigni vim suam aliis promptam praebent ad ignem accendendum. Apparet illud ἄφθονον μένος in notionem benevolentiae vergere, quae perspicitur actionibus, sed huius significationis causa est adiectivum ἄφθονος, non nomen μένος, quod per se (animi) impetum, vim indicat.

de iis, quae in rerum natura fiunt: AESCH. Suppl. 560

λειμῶνα . . . ὅντ' ἐπέρχεται Τυφῶ μένος (aqua Nili). EUR. Heracl. 428 χειμῶνος ἐκφυγόντες ἄγριον μένος.

de gravioribus animi motibus, qui aliquem concutiunt ut procella naturam atque sedari possunt: AESCH. Choe. 1076 ποῖ καταλήξει μετακοιμισθὲν μένος ἄτης; quo remittetur iterum sedata vis calamitatis?

de rebus, quae neque suis neque naturae viribus moventur: AESCH. Ag. 238 βίᾳ χαλινῶν τ' ἀναύδῳ μένει: impetu muto, non mutum reddenti ut scholiasta interpretatur: τῶν χαλινῶν τῶν μὴ ἐώντων αὐτὴν λαλεῖν, sed ipsa vincula muta appellantur, quae quamvis muta sint, tamen μένει praedita sunt ad eam impediendam ne loquatur.

concreta, quae dicitur, notione indicantur res, quae impetu moventur, velut aqua: AESCH. Prom. 720 πρὶν ἂν πρὸς αὐτὸν Καύκασον μόλῃς, ὀρῶν ὕψιστον, ἔνθα ποταμὸς ἐκφυσᾷ μένος κροτάφων ἀπ' αὐτῶν. Eum. 832 κοίμα κελαινοῦ κύματος πικρὸν μένος: consopias quaeso atrae bilis in te effervescentis acerbam vim (cf. Eum. 812 sqq.) ut iam in Iliade (M 381) Iuppiter ventos, in Odyssea (μ 169) deus fluctus κοιμᾶν dicitur. SOPH. Ai. 1413 ἔτι γὰρ θερμαὶ σύριγγες ἄνω φυσῶσι μέλαν μένος: nam adhuc e calidis fistulis nigra vis emicat (sanguis e venis Aiacis). Eadem notione vocabulum occurrit: AESCH. Ag. 1067 ἥτις . . . χαλινὸν δ' οὐκ ἐπίσταται φέρειν, πρὶν αἱματηρὸν ἐξαφρίζεσθαι μένος: antequam spumas cruentas agens animam efflavit. Nomen hic ut in versu Sophocleo vim vitalem, sanguinem, in quo vim vitalem sitam esse putabant, non spiritus, superbiam significat, cuius notionis exempla exstant apud Homerum (Π 332, 621. P 29, 298 etc.); τὸ μένος ἐξαφρίζεσθαι dicit Clytaemestra imagine equi uti pergens, αἱματηρόν, propterea quod Cassandram mox necatum iri scit. SOPH. Ant. 960 οὕτω τᾶς μανίας . . ἀποστάζει ἀνθηρόν . . μένος: sic

tumida vis insaniae de (pectore eius) manat. Cf. Trach. 1000 μανίας ἄνθος.

Impetum (animi) designans nomen μένος apud Aeschylum septies, apud Sophoclem bis apud Euripidem semel occurrit.

II Vis, qua quis ad agendum impellitur.

1. in bonam partem: *fortitudo, animus.*

hominum: AESCH. Choe. 455 πρέπει δ' ἀκάμπτῳ μένει καθήκειν: animo immoto, inflexibili (in certamen) descendere (nos) decet.

animalium: AESCH. S. c. Th. 393 ἵππος χαλινῶν ὡς κατασθμαίνων μένει, ubi genitivus χαλινῶν ad verbum κατασθμαίνειν pertinet. Animorum motus equorum ex fremitu patet; cum a poetis tragicis homines μένος πνεῖν dicuntur, nomen μένος semper pravum animi impetum indicat, velut furorem, iram. Cuius rei causa est significatio verbi πνεῖν, quod non solum spiritum ducere, sed etiam anhelare, fremere designat. Quod homines aetate poetarum tragicorum putabant animalium esse, non hominum. Apud Homerum autem in bonam partem vox ita adhibetur (Β 536. Γ 8. Λ 508. Ω 364. χ 203). Verum enim vero mores huius temporis alii erant alii illius.

2. in malam partem: *furor, iracundia.*

hominum: AESCH. S. c. Th. 897 διανταίαν λέγεις [πλαγὰν] δόμοισι καὶ σώμασιν πεπλαγμένους [ἐννέπω] ἀναυδάτῳ μένει: loqueris de iis et domibus et corporibus mortifero vulnere affectis infando furore. Suppl. 757 ἀνιέρῳ μένει μεμαργωμένοι.

animalium: AESCH. Eum. 128 δεινῆς δρακαίνης ἐξεκήραναν μένος: furorem debilitaverunt.

Hac notione nomini μένει semper adiunctum est adiectivum aut substantivum in vituperationem vergens.

3. in malam pártem: *irae impetus, ira.*

Plerumque adiungitur vox in vituperationem vergens. AESCH. Eum. 651 τὰ δ' ἄλλα πάντ' ἄνω τε καὶ κάτω στρέφων τίθησιν, οὐδὲν ἀσθμαίνων μένει. 840 = 872 πνέω τοι μένος ἅπαντά τε κότον. SOPH. El. 610 ὁρῶ μένος πνέουσαν. Ai. 1066 πρὸς ταῦτα μηδὲν δεινὸν ἐξάρῃς μένος: irae impetum movere noli: ἐξαίρειν, quasi de procella dicatur, cf. θυμὸν ἐξαίρειν s.v. θυμός pag. 151. EUR. Hipp. 983 πάτερ, μένος μὲν ξύστασίς τε σῶν φρενῶν δεινή, de quo versu vide supra s.v. φρήν pag. 4.

Virtutem designans aut vitium, quo ad agendum homines propelluntur nomen μένος octies apud Aeschylum, bis apud Sophoclem, semel apud Euripidem legitur.

De Adiectivis cum Substantivo μένος compositis.

Adiectiva cum substantivo μένος composita desinunt in -μενης. Apud poetas tragicos occurrunt:

ἀμενής
δυσμενής
ζαμενής
εὐμενής
πρευμενής

ἀμενής, est, cui μένος non est, vires non sunt, *qui infirmus, imbecillus est.* Semel apud Euripidem. Suppl. 1116 λάβετ', ἀμφίπολοι, γραίας ἀμενοῦς—οὐ γὰρ ἔνεστιν ῥώμη παίδων ὑπὸ πένθους—.

δυσμενής est, cui vis ad agendum δυς, perperam, est. Cum dativo coniunctum adiectivum adhibetur de eo, qui alicui actionibus suis nocere vult. Itaque aliquis δυσμενής alicui est, si hostilitas, inimicitiae eius ex factis perspiciuntur,

nam μένος est vis, quae homines ad agendum impellit. Postea adiectivum universe inimicum, hostilem designat. Apud Homerum in Iliade semper hostem significat, eum, qui cui malefacere vult, in Odyssea etiam inimicum, semel malevolum : ζ 184, ubi opponitur τοῖς εὐμενέτῃσιν. Significatur:

1. *hostilis, hostis.*

de hominibus: SOPH. Ai. 622 (ἔγχος) παρ' Ἕκτορος δώρημα δυσμενεστάτου. Ant. 187 οὔτ' ἂν φίλον ποτ' ἄνδρα δυσμενῆ χθονὸς θείμην ἐμαυτῷ, ubi ἀνὴρ δυσμενής idem significat ac πολέμιος. EUR. El. 847 ἔστησαν ἀντιπρῷρα σείοντες βέλη Πυλάδης Ὀρέστης τ', εἶπε δ'· Οὐχὶ δυσμενὴς ἥκω πόλει τῇδ' οὐδ' ἐμοῖς ὀπάοσιν.

absolute pro substantivo usurpatur: AESCH. S. c. Th. 234 δυσμενέων τ' ὄχλον πύργος ἀποστέγει. 366 δμωίδες δὲ καινοπήμονες νέαι τλήμονες εὐνὰν αἰχμάλωτον ἀνδρὸς εὐτυχοῦντος ὡς δυσμενοῦς ὑπερτέρου ἐλπίς ἐστι νύκτερον τέλος μολεῖν. In quibus versibus valde corruptis et emendationem desiderantibus adiectivum δυσμενοῦς mutandum non esse videtur. SOPH. Ai. 564 Τεῦκρος δυσμενῶν θήραν ἔχων. El. 444 ὑφ' ἧς θανὼν ἄτιμος, ὥστε δυσμενής, ἐμασχαλίσθη.

de gente illa monstrorum, quam terra pepererat: AESCH. Suppl. 267 δρακονθόμιλον δυσμενῆ ξυνοικίαν.

2. *inimicus.*

de diis: AESCH. Ag. 1193 εὐνὰς ἀδελφοῦ τῷ πατοῦντι δυσμενεῖς sc. Furiae. EUR. Or. 267 ἐπεὶ τὸ θεῖον δυσμενὲς κεκτήμεθα (sc. ἡμῖν). Significantur Furiae, quae Orestem persequuntur. frgm. 1059 N εἰ δέ του θεῶν τόδ' (sc. ἡ γυνὴ) ἐστὶ πλάσμα, δημιουργὸς ὢν κακῶν μέγιστος ἴστω καὶ βροτοῖσι δυσμενής. Hel. 880 Ἥρα μέν, ἥ σοι δυσμενὴς πάροιθεν ἦν, νῦν ἐστιν εὔνους κἀς πάτραν σῶσαι θέλει.

de hominibus: SOPH. Ai. 18 ἐπέγνως εὖ μ' ἐπ' ἀνδρὶ δυσμενεῖ βάσιν κυκλοῦντα. O. R. 546 δυσμενῆ γὰρ καὶ βαρύν

σ' ηὕρηκ' ἐμοί. Phil. 585 ἐγὼ (Neoptolemus) εἰμ' Ἀτρείδαις δυσμενής. frgm. 880 N πολλοὶ γὰρ ὠδύσαντο δυσμενεῖς ἐμοί. EUR. Io 1272 ὅσον μοι πῆμα δυσμενής τ' ἔφυς· ἔσω γὰρ ἄν με περιβαλοῦσα δωμάτων ἄρδην ἂν ἐξέπεμψας εἰς Ἅιδου δόμους. 1329 προγονοῖς δάμαρτες δυσμενεῖς ἀεί ποτε. Med. 323 οὐκ ἔχεις τέχνην ὅπως μενεῖς παρ' ἡμῖν οὖσα δυσμενὴς ἐμοί. 866 ἥκω κελευσθείς· καὶ γὰρ οὖσα δυσμενὴς οὐκ ἂν ἁμάρτοις τοῦδέ γε. 937 δοκῶ γὰρ δυσμενὴς εἶναι δόμοις. 1151 οὐ μὴ δυσμενὴς ἔσῃ φίλοις.

neutrum δυσμενές: EUR. Suppl. 429 οὐδὲν τυράννου δυσμενέστερον πόλει.

absolute pro substantivo usurpatur: SOPH. Ai. 122 ἐποικτίρω δέ νιν δύστηνον ἔμπας καίπερ ὄντα δυσμενῆ. 987 μή τις ὡς κενῆς σκυμνὸν λεαίνης δυσμενῶν ἀναρπάσῃ (Eurysacem; non *hostes*, sed *inimicos* designari apparet ex versu 1175). Ant. 653 ἀλλὰ πτύσας ὡσεί τε δυσμενῆ μέθες τὴν παῖδα. El. 407 πῶς εἶπας; ἦ τῷ δυσμενεστάτῳ βροτῶν: Phil. 1323 ἐάν τε νουθετῇ τις . . ., στυγεῖς, πολέμιον δυσμενῆ θ' ἡγούμενος. EUR. Hec. 300 Ἑκάβη, διδάσκου, μηδὲ τῷ θυμουμένῳ τὸν εὖ λέγοντα δυσμενῆ ποιοῦ φρενός. 745 ἆρ' ἐκλογίζομαί γε πρὸς τὸ δυςμενὲς μᾶλλον φρένας τοῦδ', ὄντος οὐχὶ δυσμενοῦς; I. T. 591 σὺ δ' — εἶ γάρ, ὡς ἔοικας, οὔτε δυσμενὴς καὶ . . . σώθητι. Suppl. 343 τί γάρ μ' ἐροῦσιν οἵ γε δυσμενεῖς βροτῶν;

Transfertur adiectivum de hominibus ad res. Ita vocatur: animus, qui in transscriptione cum nomine χρῆμα hominem ipsum significat: EUR. Andr. 182 ἐπίφθονόν τοι χρῆμα θηλείας φρενὸς καὶ ξυγγάμοισι δυσμενὲς μάλιστ' ἀεί.

manus: EUR. Med. 1239 ἐκδοῦναι τέκνα ἄλλῃ φονεῦσαι δυσμενεστέρᾳ χερί.

verba: EUR. Andr. 1091 Ἀγαμέμνονος δὲ παῖς διαστείχων πόλιν ἐς οὓς ἑκάστῳ δυσμενεῖς ηὔδα λόγους.

oraculum, cuius inimicitiae ex verbis perspiciuntur: EUR. Io 1612 χρηστήρια δυσμενῆ πάροιθεν ὄντα.

suffragium: EUR. Or. 974 φθόνος νιν εἷλε θεόθεν, ἅ τε δυσμενὴς φοινία ψῆφος ἐν πολίταις.

invidia: EUR. Med. 297 χωρὶς γὰρ ἄλλης ἀργίας φθόνον πρὸς ἀστῶν ἀλφάνουσι δυσμενῆ.

dolores: EUR: Andr. 467 οὐδέποτε δίδυμα λέκτρ' ἐπαινέσω βροτῶν . . . ἔριδας οἴκων δυσμενεῖς τε λύπας.

caedes: EUR. Med. 1266 τί σοι φρενῶν βαρὺς χόλος προσπίτνει καὶ δυσμενὴς φόνος ἀμείβεται; ubi ἀμείβεται cum φόνος coniungendum mihi esse videtur, non cum G. Murray interpungendum post φόνος et sic vertendum: caedes inimica succedit benevolentiae (sc. qua erga liberos fuisti, quae amicita v. 1262 significatur).

libatio, quam Clytaemestra Agamemnoni mittit: SOPH. El. 440 τάσδε δυσμενεῖς χοὰς οὐκ ἄν ποθ', ὅν γ' ἔκτεινε, τῷδ' ἐπέστεφεν.

τὸ δυσμενές pro ἡ δυσμένεια, *inimicitiae, malevolentia.* EUR. Hec. 745 ἆρ' ἐκλογίζομαί γε πρὸς τὸ δυσμενὲς μᾶλλον φρένας τοῦδε; I. T. 637 τὸ μέντοι δυσμενὲς μὴ 'μοὶ λάβῃς. Verba sunt Iphigeniae ad Orestem. Troad. 666 μί' εὐφρόνη χαλᾷ τὸ δυσμενὲς γυναικὸς εἰς ἀνδρὸς λέχος.

τὸ δυσμενέστερον maiores inimicitiae: EUR. Or. 617 ἐς οὓς ἀεὶ πέμπουσα μύθους ἐπὶ τὸ δυσμενέστερον: ut te magis inimicum (matri) reddat, ad maiores inimicitias incitet.

Adiectivum δυσμενής apud Aeschylum quater, apud Sophoclem ter decies, apud Euripidem vicies septies occurrit. Apud Aeschylum ter hostilem, hostem, semel fortasse inimicum, apud Sophoclem quater hostilem, hostem, novies inimicum, apud Euripidem semel hostem vicies sexies inimicum indicat.

ζαμενής, μέγα μένος ἔχων τουτέστι ψυχικὴν προθυμίαν ἢ ὁ ἄγαν ὀργίλος (E. M. 407, 42). *Valde animosus, valde iratus.* Semel apud Sophoclem. Ai. 137 σὲ δ' ὅταν ... ζαμενὴς λόγος ἐκ Δαναῶν κακόθρους ἐπιβῇ, μέγαν ὄκνον ἔχω.

εὐμενής vocatur, cuius μένος εὖ τινι ἔχει qui μένος suum adhibet ad aliquem adiuvandum. Opponitur adiectivo δυσμενεῖ, sed ἡ εὐμένεια alicuius magis patet ex voluntate bona, ex cogitationibus etc. quam ex actionibus. Raro adiectivum pro substantivo adhibetur. Multo frequentius diis attribuitur quam adiectivum δυσμενής, quo deos invocantes homines uti non poterant. Cf. etiam quae dicentur infra s. v. Εὐμενίδες. Significatur: *propitius, benevolus, amicus.*

de diis: AESCH. Suppl. 685 εὐμενὴς δ' ὁ Λύκειος ἔστω πάσᾳ νεολαίᾳ. Ag. 516 προσαυδῶ (Apollinem, Mercurium), ἥρως τε τοὺς πέμψαντας, εὐμενεῖς πάλιν στράτον δέχεσθαι. SOPH. Ant. 1200 αἰτήσαντες ἐνοδίαν θεὸν Πλούτωνά τ' ὀργὰς εὐμενεῖς κατασχεθεῖν. frgm. 644 N Ἀσκληπίου παιῶνος εὐμενοῦς τυχών. EUR. Suppl. 1230 σοῦ (sc. Ἀθηνᾶς) γὰρ εὐμενοῦς πόλει οὔσης τὸ λοιπὸν ἀσφαλὲς οἰκήσομεν. Alc. 771 τίμα δὲ καὶ τὴν πλεῖστον ἡδίστην θεῶν Κύπριν βροτοῖσιν· εὐμενὴς γὰρ ἡ θεός. Andr. 55 εἴ πως τὰ πρόσθε σφάλματ' ἐξαιτούμενος θεὸν παράσχοιτ' εἰς τὸ λοιπὸν εὐμενῆ. Bacch. 923 ὁ θεὸς ὁμαρτεῖ πρόσθεν ὢν οὐκ εὐμενής. Io 1554 μὴ φεύγετ'· οὐ γὰρ πολεμίαν με φεύγετε, ἀλλ' ἔν τ' Ἀθήναις κἀνθάδ' οὖσαν εὐμενῆ, ubi πολεμίαν et εὐμενῆ inter se opponuntur. I.T. 1086 ἀλλ' εὐμενὴς ἔκβηθι βαρβάρου χθονὸς ἐς τὰς Ἀθήνας. Med. 919 τἄλλα δ' ἐξεργάζεται πατήρ τε καὶ θεῶν ὅστις ἐστὶν εὐμενής. Phoen. 938 αἷμ' ἢν λάβῃ βροτεῖον, ἕξετ' εὐμενῆ γῆν (Tellurem). frgm. 26 N τύχοιμι δ' αὐτῆς (Ἀφροδίτης) ἡνίκ' ἐστὶν εὐμενής.

Adverbium εὐμενῶς adiungitur verbo, cui subiectum deus

est: AESCH. Ag. 951 τὸν κρατοῦντα μαλθακῶς θεὸς πρόσωθεν εὐμενῶς προσδέρκεται (cf. Suppl. 210).

de hominibus: AESCH. Eum. 774 αὐτοῖσιν ἡμεῖς ἐσμεν εὐμενέστεροι. Pers. 175 εὐμενεῖς γὰρ ὄντας ἡμᾶς τῶνδε συμβούλους καλεῖς. Ag. 880 τρέφει γὰρ αὐτὸν εὐμενὴς δορύξενος Στρόφιος ὁ Φωκεύς. 1452 δαμέντος φύλακος εὐμενεστάτου. SOPH. El. 453 αἰτοῦ δὲ προσπίτνουσα γῆθεν εὐμενῆ ἡμῖν ἀρωγὸν αὐτὸν εἰς ἐχθροὺς μολεῖν (de heroë). EUR. Alc. 211 οὐ γάρ τι πάντες εὖ φρονοῦσι κοιράνοις, ὥστ' ἐν κακοῖσιν εὐμενεῖς παρεστάναι. El. 632 ἡμῖν ἂν εἶεν, εἰ κρατοῖμεν, εὐμενεῖς; Med. 809 νομίζετω βαρεῖαν ἐχθροῖς καὶ φίλοισιν εὐμενῆ. frgm. 529 N ὡς ἡδὺ δεσπόταισι δοῦλον εὐμενῆ δόμοις. Apud Euripidem adiectivum εὐμενής saepe usurpatur de amicitia tenuiorum erga potentiores.

absolute: *amicus*. SOPH. Ant. 212 τὸν τῇδε δύσνουν καὶ τὸν εὐμενῆ πόλει. EUR. Hec. 849 ἐχθρούς τε τοὺς πρὶν εὐμενεῖς ἡγούμενος.

εὐμενής vocatur populus, quod singuli populares εὐμενεῖς sunt: AESCH. Suppl. 488 ὑμῖν δ' ἂν εἴη δῆμος εὐμενέστερος. EUR. Suppl. 351 ἀλλὰ τοῦ λόγου προσδοὺς ἔχοιμ' ἂν δῆμον εὐμενέστερον. AESCH. Suppl. 518 ἐγὼ δὲ λαοὺς συγκαλῶν ἐγχωρίους στείχω, τὸ κοινὸν ὡς ἂν εὐμενὲς τιθῶ.

neutrum εὐμενές (comparat. εὐμενέστερον): AESCH. Choe. 703 τί γὰρ ξένου ξένοισίν ἐστιν εὐμενέστερον; EUR. Alc. 319 ἐν τόκοισι . . . ἵν' οὐδὲν μητρὸς εὐμενέστερον. Or. 601 ἔστιν τί μοι κατ' Ἄργος εὐμενὲς φίλων;

adverbium εὐμενέστερον de iis, quae agit is, qui εὐμενής est: EUR. Hel. 1298 εὐμενέστερον γὰρ ἂν τῷ φιλτάτῳ μοι Μενέλεῳ τὰ πρόσφορα δρῴης ἄν, ἡμῶν τυγχάνων οἵων σε χρή.

Transfertur adiectivum de hominibus ad res. Ita vocatur:

pectus: SOPH. O. C. 486 ὥς σφας καλοῦμεν Εὐμενίδας, ἐξ εὐμενῶν στέρνων δέχεσθαι τὸν ἱκέτην σωτήριον.

praesentia: EUR. Alc. 606 ἀνδρῶν Φεραίων εὐμενὴς παρουσία.

species nocturna: EUR. Hel. 569 ὦ φωσφόρ' Ἑκάτη, πέμπε φάσματ' εὐμενῆ.

verba: EUR. frgm. 962 N λυπουμένῳ μὲν μῦθος εὐμενὴς φίλων (sc. φάρμακόν ἐστιν).

clamor: AESCH. S. c. Th. 268 ὀλολυγμὸν ἱερὸν εὐμενῆ παιώνισον.

vis: AESCH. Suppl. 1069 εὐμενῆ βίαν κτίσας. Verba sunt Chori de Iove patre Epaphi, εὐμενοῦς βίας Ἐπάφου, cuius gentis est Danaus. Vis Epaphi dicitur pro ipso Epapho, qui hominibus εὐμενής tactu manus suae homines sanare poterat.

planities: AESCH. S. c. Th. 17 ἡ γὰρ (sc. Tellus) νέους ἕρποντας εὐμενεῖ πέδῳ ἐθρέψατο, ubi Tellus dea esse fingitur.

aqua: AESCH. Pers. 487 Μηλιᾶ τε κόλπον, οὗ Σπερχειὸς ἄρδει πεδίον εὐμενεῖ ποτῷ: aqua, qua fluvius, qui deus est, εὐμενής planitiem irrigat.

Adiectivum εὐμενής apud Aeschylum quater decies, apud Sophoclem quinquies, apud Euripidem vicies semel occurrit. Ad deos invocandos Sophocles etiam utitur vocabulo ἵλεως (ἵλαος) (El. 655, 1376. O. C. 44, 1480), quod apud Aeschylum semel (Eum. 1040), apud Euripidem nusquam scriptum legi, apud Sophoclem quinquies; praeter l. l. etiam Trach. 763.

πρευμενής (ex adiectivo πραΰς et substantivo μένος formatum) vocatur, cuius μένος in aliquem πραΰ est, qui *placatus, benevolus* est. Non solum de diis, hominibus, rebus, sed etiam de umbris mortuorum usurpatur, quibus, ut sibi placatae sint, homines libant.

de diis: EUR. frgm. 781. 60 N δέσποινα Δήμητρος κόρη Ἥφαιστέ τ' ἐστὲ πρευμενεῖς δόμοις ἐμοῖς. Rhes. 646 θάρσει· φυλάσσει σ' ἥδε πρευμενὴς Κύπρις.

adverbium πρευμενῶς de iis, quae deus agit: AESCH. Eum. 235 ἄνασσ' Ἀθάνα, ... δέχου δὲ πρευμενῶς ἀλάστορα. 923 θεσπίσασα πρευμενῶς.

de umbris mortuorum: EUR. Hec. 538 πρευμενὴς δ' ἡμῖν γένου, λῦσαί τε πρύμνας καὶ χαλινωτήρια νεῶν δὸς ἡμῖν. AESCH. Pers. 685 χοὰς δὲ πρευμενὴς ἐδεξάμην. frgm. 92 N πρευμενὴς ἀλάστορος. Si cui umbrae πρευμενεῖς sunt, ei πρευμενῶς aliquid faciunt. Aesch. Pers. 220 πρευμενῶς δ' αἰτοῦ τάδε σὸν πόσιν Δαρεῖον ἐσθλά σοι πέμπειν τεκνῷ τε, ubi πρευμενῶς cum verbo πέμπειν coniungendum est.

de hominibus: Aesch. Ag. 840 εἰδὼς λέγοιμ' ἄν, εὖ γὰρ ἐξεπίσταμαι ὁμιλίας κάτοπτρον, εἴδωλον σκιᾶς, δοκοῦντας εἶναι κάρτα πρευμενεῖς ἐμοί: expertus dicam — nam optime cognovi — de simulacro amicitiae, imagine illa umbrae, de hominibus, qui videntur esse mihi benevolentissimi. frgm. 43 N κἄπειτα δ' ε ἶ σ ι λαμπρὸν ἡλίου φάος ἕως ἐ γ ε ί ρ ω, π ρ ο υ μ (μ) ε ν ε ῖ ς τοὺς νυμφίους νόμοισι θέντων σὺν κόροις τε καὶ κόραις. Sic codd.; ed. pr. corr. π ρ ο υ μ (μ) ε ν ε ῖ ς in π ρ ε υ μ ε ν ε ῖ ς; Toup Emend. 2 (pag. 296) v. 1 κ ἄ π ε ι τ' ἄ ν ε ι σ ι. Nauckius v. 2 et v. 3 interpretandi machinas eludere perhibet seque medelam desiderare. Wilamowitzius in editione Aeschyli tragoediarum p. 373 (cf. etiam Interpretationen pag. 21) hanc emendationem elegantem proponit: κἄπειτα δ' ε ὖ τ ε λαμπρὸν ἡλίου φάος ἕως ἐ γ ε ί ρ ῃ, π ρ ε υ μ ε ν ε ῖ ς τοὺς νυμφίους νόμοισι θέντων σὺν κόροις τε καὶ κόραις, atque versus sic interpretatur: *dixerit Danaus deductis in thalamos coniugibus: „nunc quidem epithalamium cantate, sed etiam mane, cum aurora solem expergefecerit propitiate (sc. vobis) novos maritos cantu sollemni 'cum pueris et puellis'."*

EUR. Troad 739 αὐτή τ' Ἀχαίων πρευμενεστέρων τύχοις. Transfertur adiectivum ad res, quae sunt

deorum: AESCH. Suppl. 210 ἴδοιτο δῆτα πρευμενοῦς ἀπ' ὄμματος.

umbrarum: EUR. Or. 119 πρευμενῆ δ' ἄνωγέ νιν ἐμοί τε καὶ πόσει γ ν ώ μ η ν ἔχειν. Hermione iubetur umbrae Clytaemestrae libare, ut benevolo animo erga eos sit. Euripides u m b r a e γνώμην attribuit, r a t i o n e m; quae, si benevola, placata est erga aliquem, umbra alicui benevola est. Nomen γνώμη per se numquam animum indicat; potest vero eam notionem asciscere, si coniungitur cum dativo et adiectivo, quo quis in aliquem animo sit, significanti.

placatum reddens, placans.

AESCH. Pers. 609 παιδὸς πατρὶ πρευμενεῖς χοὰς φέρουσ', ὅπερ νεκροῖσι μειλικτήρια. Libationes illae πρευμενεῖς vocantur, non quod ab aliquo, qui mortuis πρευμενής est, veniant, sed quia mortuos πρευμενεῖς reddunt; id verba, quae sequuntur, ὅπερ νεκροῖσι μειλικτήρια, interpretantur.

Praeterea adiectivum πρευμενής bis legitur in versibus, ubi aut ipsum, aut totus versus suspectus videtur.

EUR. Hec. 540 δὸς ἡμῖν πρευμενοῦς τ' ἀπ' Ἰλίου νόστου τυχόντας πάντας ἐς πάτραν μολεῖν. Verba sunt Talthybii ad umbram Achillis. Murray aliique (Heimsoeth εὐμαροῦς, Verrall ἀπ' ἠρίου) adiectivum suspectum habent. Ν ο σ τ ό ς πρευμενής vocari potest, propterea quod eo nomine non solum r e d i t u s indicatur, sed etiam i t e r, c u r s u s, n a v i g a t i o (cf. Soph. Phil. 43 et ea, quae adnotat Iebbius). Iter quietum est, si dei placati sunt. Verisimile est poetam significare mare placatum, tranquillum esse.

EUR. Or. 138 φιλία γὰρ ἡ σὴ πρευμενὴς μέν, ἀλλ' ἐμοὶ τόνδ' ἐξεγεῖραι συμφορὰ γενήσεται. Cum duobus versibus praecedentibus (136. 137) seclusit Wilamowitzius „*non noverunt ii, qui* 140 *sqq. Electrae dabant. Nam* 140 *Choro*

tribuunt codd., Electrae Dionys. de comp. verb. 11 *Diog. L.* VII 172, *etiam is, qui Argumentum alterum scripsit.*" V. 138, 139 idem narratur ac. v. 133, 134; praeterea mihi suspectum est adiectivum πρευμενής, quod semper attribuitur deo, umbrae, homini potentiori. Nam Ag. 840 sententia δοκοῦντας εἶναι κάρτα πρευμενεῖς ἐμοί apposita est verbis εἴδωλον σκιᾶς; itaque δοκοῦντες illi velut umbrae sunt.

A nomine μένος cum praefixo ἀ- etiam formatum esse videtur adiectivum:

ἀμενηνός, *infirmus.* Semel apud Sophoclem. Ai. 890, ubi significat mente infirmus: ἀλλ' ἀμενηνὸν ἄνδρα μὴ λεύσσειν ὅπου.

De Verbis cum stirpe Nominis μένους cohaerentibus.

Μενοινάω. Is, cui μένος per totum corpus diffusum est, μενοινᾷ, vehementer cupit. Semel apud Sophoclem, semel (addito infinitivo) apud Euripidem.

SOPH. Ai. 341 τί ποτε μενοινᾷ; quid tandem cupit? EUR. Cycl. 448 ξυνῆκ'· ἔρημον ξυλλαβὼν δρύμοισί νιν σφάξαι μενοινᾷς, ἢ πετρῶν ὦσαι κάτω.

Ab adiectivo composito δυσμενής formatur:

δυσμεναίνω, δυσμενής εἰμι. EUR. Med. 874 τί μαίνομαι καὶ δυσμεναίνω τοῖσι βουλεύουσιν εὖ;

De Substantivis cum stirpe Nominis μένους compositis.

Substantiva cum stirpe nominis μένους composita in -ια desinentia cum adiectivis cohaerent. Apud poetas tragicos exstant:

δυσμένεια
εὐμένεια
πρευμένεια

δυσμένεια est eius, qui δυσμενής est, *inimicitiae*. Bis apud Sophoclem, bis apud Euripidem.

SOPH. El. 619 ἀλλ' ἡ γὰρ ἐκ σοῦ δυσμένεια καὶ τὰ σὰ ἔργ' ἐξαναγκάζει με ταῦτα δρᾶν βίᾳ. 1124 δόθ'· οὐ γὰρ ὡς ἐν δυσμενείᾳ γ'οὖσ' ἐπαιτεῖται τάδε.

EUR. Heracl. 991 ἐπεὶ δ' ἐκείνῳ δυσμένειαν ἠράμην. Hipp 965 κακὴν ἄρ' αὐτὴν ἔμπορον βίου λέγεις, εἰ δυσμενείᾳ σῇ τὰ φίλτατ' ὤλεσεν.

εὐμένεια, est eius, qui εὐμενής est, *amicitia*. Semel apud Sophoclem, semel apud Euripidem.

SOPH. O. C. 631 τίς δῆτ' ἂν ἀνδρὸς εὐμένειαν ἐκβάλοι τοιοῦδε;

EUR. Hel. 313 πῶς δ' εὐμενείας τοισίδ' ἐν δόμοις ἔχεις; quomodo inter eos, qui in regia domo sunt et te convenit?

Nomina εὐμένεια et δυσμένεια semper usurpantur de amicitia et de inimicitiis hominum in homines, numquam populorum in populos.

πρευμένεια est eius, qui πρευμενής est, *gratia, pax*. Semel apud Euripidem de pace a mortuis petita. Or. 1323 Electra Hermionam interrogat veneritne tumulo Clytaemestrae coronato libationibusque mortuis donatis? Cui Hermione: ἥκω, inquit, λαβοῦσα πρευμένειαν: veni pacem (a mortuis) adepta.

Cum radice nominis μένους etiam cohaeret adiectivum pro substantivo usurpatum in -ις desinens
εὐμενίς, proprie ἡ εὐμενὶς θεός.

Εὐμενίδες (pluralis tantum occurrit), αἱ εὐμενίδες θεοί, vocantur eae deae terribiles et truces, quae homines propter ea, quae in alios sibi cognatos male fecerunt, persequuntur cum vivos tum mortuos et puniunt. Ominis causa, tristitiam rei lenitate verbi mitigantes Graeci iis nomen imposuerunt Eumenidibus. Ipsum nomen Eumenidum ab Aeschylo in tragoedia adhibitum non est, sed nominis exstat vocativus: EUR. Or. 321, dativus Or. 1650, accusativus SOPH. O. C. 42, 486. EUR. Or. 38.

CAPUT VI.

ΗΤΟΡ. ΚΑΡΔΙΑ. ΚΕΑΡ.

I.

Nomen *ἦτορ* sunt qui derivent a stirpe verbi ἄω, ἄημι, spirare, atque *animam* significari contendant. Cum vero anima vitae hominis necessaria sit, nomen etiam *vim vitalem*, et cum praeter animam homini ad vivendum opus sit sanguine cordis, cor indicare.

Quae sententia aliis videtur refelli versu, quem legimus apud Homerum Il. X 451 *πάλλεται* ἦτορ ἀνὰ στόμα. Itaque ἦτορ ipsum cor putant. Sed Il. H 216 eodem modo scriptum invenimus Ἕκτορί τ' αὐτῷ *θυμὸς* ἐνὶ στήθεσσι πάτασσεν. Neque umquam quisquam contendit vocabulum θυμόν quoque primaria notione cor indicare.

Nomen, cuius apud Homerum nominativus et accusativus tantum leguntur, postea absoletum esse videtur. Dativus occurrit apud Simonid. frgm. 37 (Bergk. P. L. III 405). Ex poetis tragicis *Aeschylus* solus vocabulum semel adhibet. Pers. 991 βοᾷ βοᾷ μοι μελέων ἔντοσθεν ἦτορ. ex quo versu apparet cor collocatum esse in medio corpore, voce praeditum esse, itaque personae vicibus fungi, affectuum patiens esse, nam dolore commotum clamat.

II.

καρδία (Boisacq pag. 412) proprie significat cor, unum ex visceribus, quod sanguinem ex venis excipit et in omnes partes corporis dimittit, partem corporis, sedem et originem vitae.

Quoad cor in pectore palpitat, homo vita fruitur. Vehementius palpitat cor, cum homo affectibus gravioribus, imprimis metu, commovetur. Unde factum est ut cor pro sede affectuum haberetur. Quia ea, quae sensibus percipiuntur saepe cor gaudio, dolore, metu etc, afficiunt cor etiam locum putabant, ubi res sensibus perceptae conciperentur. Ita nomine corde nonnumquam mens significatur. Ea notione iam apud Homerum occurrit (η 81, O 10, E 208, Φ 441); qua in re apparet interesse inter usum nostrae linguae ac graecae. Romani quoque cor et pectus pro mente dicebant. Cf. Cic. Tusc. disp. I 9, 18: „*Aliis cor ipsum animus videtur, ex quo* excordes vecordes concordes*que dicuntur, et Nasica ille prudens, bis consul,* Corculum, *et „Egregie* cordatus *homo, Catus Aelius Sextus.*"

Postquam intellexerunt pro fortitudine uniuscuiusque cor in periculis minus magisve palpitare, cor imprimis fortitudinis, virtutis sedes habita est, tum ceterorum quoque morum. Denique nomen pro fortitudine ipsa usurpari coeptum est, ut nos quoque dicimus „het hart hebben."

Itaque nomine καρδία (per methathesin κραδία) significatur:

I *Cor*, unum ex visceribus: AESCH. Choe. 167 ὀρχεῖται καρδία. 1024 καρδία ἑτοίμη ὑπορχεῖσθαι. 785 πάλλεται καρδία. EUR. Bacch. 1288 καρδία πήδημ' ἔχει. AESCH. Prom. 881 καρδία φρένα λακτίζει. Ag. 1403 ἀτρέστῳ καρδίᾳ. Omnia ea exempla infra referentur.

AESCH. Ag. 1121 ἐπὶ δὲ καρδίαν ἔδραμε κροκοβαφὴς στάγων:

gutta bilis flavae mortale frigus efficiens. Verba sunt senum, quorum animi graviter perturbati sunt. Is versus quoque infra referetur, ubi agam de corde sede affectuum, sed poeta imagine tam vivida utitur, ut primaria notio nominis καρδίας appareat.

Cor, sedes vitae, ipsum vita praeditum est; itaque mori, interfici potest. EUR. Hec. 1026 ἀλίμενόν τις ὡς εἰς ἄντλον ἐμπεσὼν (Byzantini iam correxerunt in πεσὼν) λέχριος ἐκπέσῃ (v. l. ἐκπεσῇ) φίλης (v. l. φίλας) καρδίας ἀμέρσας βίοτον. Ad quem versum scholiasta M B: τιμωρηθήσῃ, φησίν, ὥς τις εἰς ἄντλον λέχριος καταπέσῃ ἀπολέσας τὸν βίον τῆς φίλης καρδίας. Initium vero scholiasta non recte interpretatus esse mihi videtur, nam καταπεσῇ (sic enim scribendum) est altera pers. sing. ind. futuri. Φίλης καρδίας ad nomen βίοτον, non ad verbum ἐκπεσῇ pertinet, cf. Heracl. 583 ἡμὴ καρδία σφαγήσεται, ubi καρδία, sedes vitae pro ipso homine usurpatur. Si cum Byzantinis πεσών legitur et ἐκπεσῇ, versus mihi sani videntur et ita vertendi: ut qui importuosum in mare incidet, ita eicieris (sc. ex tabernaculo, ubi nunc Hecuba est) obliquus, in transversum (sive pronus, sive supinus, nam pedibus uti, ire, non iam poteris) vita tua amissa.

Heracl. 583 εὐδαιμονοῖτε καὶ γένοιθ' ὑμῖν ὅσων ἡμὴ πάροιθε καρδία σφαγήσεται. Hipp. 841 πόθεν θανάσιμος τύχα, γύναι, σὰν ἔβα, τάλαινα, καρδίαν;

Quae exempla, quoniam recurrunt in sequentibus, non enumerabuntur.

II *Sedes affectuum.*

Nonnumquam addita est praepositio, qua confirmatur cor corpus esse atque id solidum. Affectus autem sedem suam habent aut iuxta cor aut pro corde aut summum tantum tangunt.

AESCH. Ag. 834 δύσφρων γὰρ ἰὸς (sc. invidiae) καρδίαν π ρ ο σ ή μ ε ν ο ς ἄχθος διπλοΐζει τῷ πεπαμένῳ νόσον. 1121 ἐπὶ δὲ καρδίαν ἔδραμε κροκοβαφὴς στάγων. 976 τίπτε μοι τόδ' ἐμπέδως δεῖμα π ρ ο σ τ α τ ή ρ ι ο ν καρδίας τερασκόπου ποτᾶται, ubi cor quasi oculis instructum metum ante se versantem aspicit. Choe. 183 κἀμοὶ π ρ ο σ έ σ τ η καρδίᾳ κλυδώνιον χολῆς, ἐπαίθην δ' ὡς διανταίῳ βέλει. Verba sunt Electrae terrore vehementer commotae; cf. Ag. v. 1121. 390 πάροιθεν δὲ π ρ ῴ ρ α ς δριμὺς ἄηται κραδίας θυμὸς ἔγκοτον στύγος. Cf. δριμὺ μένος Hom. Od. ω 319 (vide supra s. v. θυμός pag. 155). Ag. 179 στάζει δ' ἄνθ' ὕπνου (ita Emperius; codd. ἐν θ' ὕπνῳ) π ρ ὸ καρδίας μνησιπήμων πόνος· καὶ παρ' ἄκοντας ἦλθε σωφρονεῖν. Chorus, laudato Iove, qui homines calamitatibus prudentiam docuit, nocte, inquit, somnus iis non venit, sed pro somno manat in pectus eorum dolor eos de malis admonens atque etiam inviti prudentes fiunt. EUR. Hec. 242 οἶδ· οὐ γὰρ ἄ κ ρ α ς καρδίας ἔ ψ α υ σ έ μου: scio; non enim summum (tantum) cor meum tetigit; (cf. de significatione adiectivi ἄκρου cum nominibus φρήν, ψυχή, καρδία coniuncti s. v. φρήν pag. 20, s. v. ψυχή pag. 209. Passow-Crönert s. v. 236 sq.) AESCH. S. c. Th. 288 γ ε ί τ ο ν ε ς δὲ καρδίας μέριμναι ζωπυροῦσι τάρβος: curae p r o p e cor habitantes metum excitant. (cf. Ag. 976. 1024. Choe. 390).

Metu saltat, palpitat cor. AESCH. Choe. 167 ὀ ρ χ ε ῖ τ α ι δὲ καρδία φόβῳ. 1024 πρὸς δὲ καρδίᾳ φόβος ᾄδειν ἕτοιμος, ἡ δ' ὑ π ο ρ χ ε ῖ σ θ α ι κρότῳ. Suppl. 785 κ ε λ α ι ν ό χ ρ ω ς δὲ πάλλεταί μου καρδία. Cf. s. v. θυμός pag. 158. κελαινόχρως (codd. μελανόχρως, quod cum metro non convenit et fortasse interpretatio scholiastae est; corr. Pauw) mihi videtur significare perturbatum, sed poeta fortasse nihil aliud voluit nisi cor rugosa cute indutum, unde nigrum esse videtur

cf. s. v. θυμός pag. 158 s. v. φρήν pag. 4. Animus enim affectibus contrahitur. Scholiasta ad hunc versum adnotat: ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῆς θαλάσσης, ἥτις ἐν τῷ ταράσσεσθαι μελαίνεται; Wilamowitzius secludit μου καρδία, quae verba locum aliorum obtinere vidisset Dindorfius. Nam ad ea, quae scholiasta adnotat ἄφρικτον iam referri; cf. Hom. Il. H 63 sq. οἵη δὲ Ζεφύροιο ἐχεύατο πόντον ἔπι φρὶξ ὀρνυμένοιο νέον, μελάνει δέ τε πόντος ὑπ' αὐτῆς. Mihi autem videtur adnotatio scholiastae etiam pertinere ad v. 64, unde etiam μελανόχρως in textum irrepsit. Fortasse Pers. 115 μελαγχίτων φρήν quoque valuit ad errorem pariendum. — Prom. 881 κραδία δὲ φόβῳ φρένα λακτίζει cf. s. v. φρήν pag. 2. EUR. Bacch.. 1288 λέγ' ὡς τὸ μέλλον καρδία πήδημ' ἔχει. AESCH. Ag. 1403 ἐγὼ δ' ἀτρέστῳ καρδίᾳ πρὸς εἰδότας λέγω, ubi nomine metum indicanti omisso tamen adiectivo ἀτρέστῳ, verbis πήδημ' ἔχει indicatur metu cor palpitare, unde apparet cor, si palpitat, praesertim metu affectum esse.

Semel apud Euripidem cor metu tabescere dicitur: frgm. 908. N ἢν δὲ καὶ σεσωσμένους (sc. liberos aspicio) τήκω τάλαιναν καρδίαν ὀρρωδίᾳ, fortasse quod affectus hic per longum tempus manet.

Dolore, cura mordetur, vapulat, tangitur, laeditur, tabescit, perit cor.

AESCH. Suppl. 71 δάπτω τὰν . . . . . ἀπειρόδακρυν τε καρδίαν. EUR. Alc. 1109 καὶ δρῶν γε λύπῃ καρδίαν δηχθήσομαι. Hec. 235 εἰ δ' ἔστι τοῖς δούλοισι τοὺς ἐλευθέρους μὴ λυπρὰ μηδὲ καρδίας δηκτήρια ἐξιστορῆσαι σοὶ μὲν εἰρῆσθαι χρεών. Rhes. 596 ποῖ δὴ λιπόντες Τρωικῶν ἐξ τάξεων χωρεῖτε λύπῃ καρδίαν δεδηγμένοι; cf. δακέθυμος, δηξίθυμος s. v. θυμός pag. 171. AESCH. Suppl. 466 ἤκουσα μαστικτῆρα καρδίας λόγον. Pers. 161 καί με καρδίαν ἀμύσσει φρόντις. Eum. 466 ἄλγη προφωνῶν

ἀντίκεντρα καρδίᾳ: dolores proloquens cordi stimuli vices gerentes. EUR. Hel. 960 καὶ σῆς μάλιστα καρδίας ἀνθηψάμην. Hec. 242 ἄκρας καρδίας ἔψαυσε cf. supra pag. 236. 433 ὡς πρὶν σφαγῆναί γ' ἐκτέτηκα καρδίαν θρήνοισι μητρός. SOPH. Trach. 651 τάλαιναν δυστάλαινα καρδίαν πάγκλαυτος αἰὲν ὤλλυτο.

Gemitu lacrimisque curae a corde solvi dicuntur. EUR. frgm. 573 N καρδίας ἔλυσε τοὺς ἄγαν πόνους.

Variis affectibus cor perturbatur, movetur.

EUR. Alc. 1067 θολοῖ δὲ καρδίαν. Verba sunt Admeti mulierem videntis, quam Hercules secum agit. Verbum θολόω derivatur a nomine θόλος, limo, quo aqua turbatur; aqua turbida vocatur θολερός cf. Herodot. VII 35, atque etiam Hom. Od. κ 309 κραδίη πόρφυρε. Bacch. 1321 τίς σὴν ταράσσει καρδίαν λυπηρὸς ὤν;

Item variis affectibus inflammatur, horrido frigore afficitur cor. Imagine vividissima Aeschylus utitur, qui poeta Ag. 480 Chorum dicentem facit: τίς ὧδε παιδνὸς ἢ φρενῶν κεκομμένος, φλογὸς παραγγέλμασιν νέοις πυρωθέντα καρδίαν ἔπειτ' ἀλλαγᾷ λόγου καμεῖν; quis tam puerilis atque mente captus est ut corde inflammatus novis nuntiis flamma missis dein nuntio verbis mutato iaceat, animo demisso sit? πυρωθεὶς καρδίαν dicitur qui nimia laetitia exsultat. EUR. El. 402 νῦν ἢ πάροιθεν μᾶλλον Ἠλέκτρα χαρᾷ θερμαινόμεσθα καρδίαν. SOPH. Ant. 1085 τοιαῦτά σοι, λυπεῖς γάρ, ὥστε τοξότης ἀφῆκα θυμῷ καρδίας τοξεύματα βέβαια, τῶν σὺ θάλπος οὐχ ὑπεκδραμῇ. Cf. s. v. θυμός pag. 156. θάλπος τοξευμάτων dolorem significat, quo cor Creontis ex Tiresiae verbis afficietur. AESCH. S. c. Th. 834 κακόν με καρδίαν τι περιπίτνει κρύος, Chorus exclamat videns homines cum corporibus caesorum accedentes; dicitur de gravi dolore, quo quis afficitur.

Furore capitur. AESCH. S. c. Th. 781 μ α ι ν ο μ έ ν ᾳ κραδίᾳ δίδυμα κάκ' ἐτέλεσεν. EUR. Med. 433 σὺ δ' ἐκ μὲν οἴκων πατρίων ἔπλευσας μ α ι ν ο μ έ ν ᾳ κραδίᾳ, διδύμους ὁρίσασα πόντου πέτρας. Hipp. 1274 θέλγει δ' Ἔρως ᾧ μ α ι ν ο μ έ ν ᾳ κραδίᾳ πτανὸς ἐφορμάσῃ χρυσοφαής, ubi cor amore μαίνεσθαι dicitur.

Amor, taedium, ira in corde inesse dicuntur.

EUR. Hipp. 27 ἰδοῦσα Φαίδρα καρδίαν κ α τ έ σ χ ε τ ο ἔρωτι δεινῷ τοῖς ἐμοῖς βουλεύμασιν. Med. 245 ἔξω μολὼν ἔπαυσε καρδίαν ἄ σ η ς. 590 ἥτις οὐδὲ νῦν τολμᾷς μεθεῖναι καρδίας μέγαν χ ό λ ο ν. SOPH. Ant. 1253 μή τι καὶ κατάσχετον κρυφῇ καλύπτει καρδίᾳ θ υ μ ο υ μ έ ν ῃ.

Apud Aeschylum ἡ καρδία afficitur metu, dolore, invidia, ira, furore, gaudio, apud Sophoclem dolore et ira, apud Euripidem metu, dolore, amore, ira, taedio, gaudio. Ad significandum, quomodo cor afficiatur, iisdem fere verbis utuntur poetae tragici, quae coniungunt cum nomine φρήν, nisi quod cor metu affectum p a l p i t a r e dicunt, quod cordis adeo proprium est, ut nullo dativo causae addito nominis metum indicantis intellegatur cor metu affici. Nam homines, quibus metus inicitur cor in pectore suo palpitare sentiunt.

Sedem affectuum significans nomen καρδία apud Aeschylum u n d e v i c i e s, apud Sophoclem t e r apud Euripidem s e p t i e s d e c i e s occurrit.

III M o r e s.

Praesertim a u d a c i a e, fortitudinis cor sedes est. AESCH. Choe. 831 Περσέως τ' ἐν φρεσὶν καρδίαν †σχεθών: animi Persei audacia propria erat, itaque hic καρδία translate usurpatur pro audacia. Eum. 861 σὺ δ' ἐν τόποισι τοῖς ἐμοῖσι μὴ βάλῃς μήθ' αἱματηρὰς θηγάνας, σπλά-

γχνων βλάβας νέων, αοίνοις ἐμμανεῖς θυμώμασιν, μήτ' ἐξελοῦσ' ὡς καρδίαν ἀλεκτόρων ἐν τοῖς ἐμοῖς ἀστοῖσιν ἱδρύσῃς Ἄρη ἐμφύλιον: neve cor ex gallis exime ut in civibus meis colloces velut bellum civile. Gallorum pugnacitas bene notus erat Atheniensibus, qui inde a bellis Persicis quotannis in theatro proelia gallina spectabant, ut tradit Aelianus II 28, quae fabula, sive vera est sive non, tamen bene inventa est. Etiam Pindarus τοῦ ἐνδομάχου ἀλέκτορος mentionem facit. (O. 12. 14). Cum Choe. v. 831, ubi aliquis animum Persei in pectore suo collocat perbene congruere mihi videtur, si quis in versu Eumenidarum cor gallis adimit idque in pectore civium ponit. Participium ἐξελοῦσα mutandum esse non credo.

Si eos versus Aeschyleos comparamus cum iis, in quibus Sophocles et Euripides vocem καρδίαν notione audaciae, fortitudinis, adhibent, maxime vivacitatem illius imaginum admiramur, cum apud hos ne rei corporeae quidem significatio maneat.

SOPH. Ant. 1105 οἴμοι· μόλις μὲν καρδίας δ' ἐξίσταμαι τὸ δρᾶν, quem versum Iebbius sic vertit: *„Ah me, 'tis hard, but I resign my cherished resolve, — I obey"*; et ad quem adnotat: *„This use of* καρδία *was suggested by the similar use of* θυμός, *with which Homer associates it as the seat of desire or passion* (*Il.* 13. 784): *thus* πληροῦσα θυμόν (*Eur. Hipp.* 1328) = πληροῦσα ἐπιθυμίαν. — Mea opinione cor hic sedes est fortitudinis, audaciae, fiduciae et versus sic vertendus: vae mihi; aegre quidem, sed tamen a fiducia mea desisto; itaque faciam. EUR. Med. 99 μήτηρ κινεῖ κραδίαν, κινεῖ δὲ χόλον: incitat cor, sedem fortitudinis, audaciae, qua ei opus est ad liberos interficiendos. 1042 καρδία γὰρ οἴχεται, γυναῖκες, ὄμμα φαιδρὸν ὡς εἶδον τέκνων,

ex cuius versus versione „f o r t i t u d o m e a e v a n e s c i t" cognoscitur, quid significet Med. v. 858 ἢ χειρὶ τέκνων σέθεν καρδίᾳ τε λήψῃ; tu vero manu tua a u d a x pueros tuos comprehendes?

Alii mores indicantur: SOPH. Ant. 88 θερμὴν ἐπὶ ψυχροῖσι καρδίαν ἔχεις. Qui semper magno impetu ad aliquam rem descendit θερμὴν καρδίαν habere dicitur. Fortasse in nomine θερμήν aliquid vituperationis inest, atque dictum est de eo, qui vanis rumoribus laetatur. Sic θερμὴν καρδίαν habet Antigone in rebus, quae aliquem frigore afficiunt, quae aliquem de morte admonent.

Qui res bene curat μελούσῃ καρδίᾳ praeditus est. EUR. Rhes. 770 κἀγὼ μελούσῃ καρδίᾳ λήξας ὕπνου πώλοισι χόρτον . . . . ἀφθόνῳ μετρῶ χερί.

Mores etiam hi versus indicant: EUR. Hec. 1129 ἐκβαλὼν δὲ καρδίας τὸ βάρβαρον λέγε· Herc. 833 ἄτεγκτον συλλαβοῦσα καρδίαν, cf. Bekker Anecd. I 458 ἄτεγκτος· ἄπειστος καὶ ἀναίσθητος ἄνθρωπος οἷον μήτε παραινέσει μήτε φόβῳ τὴν πώρωσιν καὶ τὸ τοῦ ἤθους σκληρὸν τεγγόμενος καὶ μαλαττόμενος, cor dolore tabescere supra vidimus, ἄτεγκτον καρδίαν habet, qui nulla re movetur. Cycl. 349 νῦν δ' εἰς ἀνδρὸς ἀνοσίου γνώμην κατέσχον ἀλίμενόν τε καρδίαν: nunc autem arbitrio libidinique inhospitali hominis improbi o b n o x i u s s u m, proprie: „navem appuli" per imaginem valde praesentem. AESCH. Eum. 679 ἐν δὲ καρδίᾳ ψῆφον φέροντες ὅρκον αἰδεῖσθε ξένοι, ubi ἐν δὲ καρδίᾳ ad verbum αἰδεῖσθε pertinet, itaque αἰδώς in corde collocatur.

In omnibus iis exemplis, quae inde a Soph. Ant. v. 88 allata sunt, manet notio rei corporeae.

Mores nomine καρδία apud Aeschylum t e r, apud Sophoclem b i s, apud Euripidem s e p t i e s indicantur.

IV *Animus, sensus, animi affectio, voluntas.*

AESCH. Suppl. 345 κλῦθι μου π ρ ό φ ρ ο ν ι καρδίᾳ Πελασγῶν ἄναξ. Numquam ἡ καρδία φρένα habere, nonnumquam ipsa ἐν φρεσί posita esse dicitur, de quibus v. supra s. v. φρήν pag. 37. Suppl. 799 πρὶν δαίκτορος βίᾳ καρδίας γάμου κυρῆσαι; cf. s. v. θυμός pag. 153 sq. Eum. 782 = 812 ἰὸν ἰὸν ἀντιπενθῆ μεθεῖσα καρδίας: virum cordis eadem efficientem, quae passa sum, vomans. Ag. 1028 εἰ δὲ μὴ τεταγμένα μοῖρα μοῖραν ἐκ θεῶν εἶργε μὴ πλέον φέρειν, προφθάσασα καρδία γλῶσσαν ἂν τάδ' ἐξέχει: nisi iussu deorum sors sortem impediret, quominus plura (nimis multa) haberet, animus meus celerius quam lingua eas curas poneret. EUR. Hipp. 912 ἡ γὰρ ποθοῦσα πάντα καρδία κλύειν κἀν τοῖς κακοῖσι λίχνος οὖσ' ἁλίσκεται. Verba sunt Hippolyti ad patrem: nam cor omnia audire cupiens etiam in malis avidum comprehenditur. I. A. 1173 τίν' ἐν δόμοις με καρδίαν ἕξειν δοκεῖς; frgm. 1063. 12 N ἥτις γὰρ ἡμῶν καρδίαν θύραζ' ἔχει, θᾶσσον μὲν οἴστου καὶ πτεροῦ χαρίζεται. I. A. 475 ἦ μὴν ἐρεῖν σοι τἀπὸ καρδίας σαφῶς καὶ μὴ 'πιτηδὲς μηδὲν ἀλλ' ὅσον φρονῶ. frgm. 412 N ἐμοὶ γὰρ εἴη πτωχός, εἰ δὲ βούλεται πτωχοῦ κακίων, ὅστις ὢν εὔνους ἐμοὶ φόβον παρελθὼν τἀπὸ καρδίας ἐρεῖ. Hypsip. 35. 3 H ἦλ]θε καρδίας ἔσ[ω.

Sensum, animi affectionem indicans nomen καρδία apud Aeschylum q u a t e r, apud Sophoclem n u s q u a m, apud Euripidem s e x i e s invenitur.

V *Homo ipse.*

Vocativus occurrit: EUR. Alc. 837 ὦ πολλὰ τλᾶσα καρδία καὶ χεὶρ ἐμή. Verba sunt Herculis id agentis, ut Morti Alcestam eripiat. Ad id faciendum ei opus est fortitudine, cuius sedes cor est, atque manu forti. Med. 1242 Medea liberos interfectura ἀλλ', inquit, εἶ' ὁπλίζου, καρδία . . . . .

ἄγ' ὦ τάλαινα χεὶρ ἐμή, λαβὲ ξίφος. I. T. 344. postquam bubulcus narravit Graecos captos esse Iphigenia eos interfectura cor suum alloquitur: ὦ καρδία τάλαινα, πρὶν μὲν ἐς ξένους γαληνὸς ἦσθα καὶ φιλοικτίρμων ἀεί. Or. 466. Orestes audiens Tyndareum venturum esse mentionem facit omnium, quae Tyndareus ei puero bene fecit; οἷς, inquit, ὦ τάλαινα καρδία, ψυχή τ' ἐμή, ἀπέδωκ' ἀμοιβὰς οὐ καλάς. Nam filiam eius, matrem suam interfecerat; hinc τάλαινα καρδία, tum velut misericordia sui ipsius commotus addit ψυχή τ' ἐμή. Cf. ea, quae dicta sunt s. v. θυμός pag. 160 et s. v. ψυχή pag. 190. In hisce exemplis τάλαινα et τλᾶσα non indicant miserum sed audacem. Verbum τλῆναι cum pati, tum audere significat. Utraque notione apud Homerum legimus. Imperativus τέτλαθι cum nomine καρδία coniunctus semel: Od. υ 18 τέτλαθι δή, κραδίη: tu vero patere cor.

Euripides, qui cor praesertim sedem fortitudinis, audaciae, habebat, iure personas suas, cum alicuius facti eos paenitebat, aut aliquid facere in animo habebant, cor suum alloquentes facit, neque fortuito aut metri causa apud eum modo ὦ θυμέ, modo ὦ ψυχή, modo ὦ καρδία exclamant. Quibus per iocum Aristophanes irridere videtur, qui Ach. 840 tragicum imitans scripsit: ὦ θυμέ, . . . ὦ τάλαινα καρδία.

Ceteri casus: AESCH. Eum. 103 ὅρα δὲ πληγὰς τάσδε καρδίᾳ σέθεν, εὕδουσα γὰρ φρὴν ὄμμασι λαμπρύνεται: vide haecce vulnera pectore tuo ‹et pectore videre potes›; mens enim dormiens oculis illuminatur. S. c. Th. 967 ἐντὸς δὲ καρδία στένει, cf. Hom. Il. Υ 169 ἐν δέ τέ οἱ κραδίη στένει ἄλκιμον ἦτορ. EUR. Hec. 1026 λέχριος ἐκπεσῇ φίλας καρδίας ἀμέρσας βίοτον. Heracl. 583 ἡμὴ πάροιθε καρδία σφαγήσεται. Hipp. 841 πόθεν θανάσιμος τύχα, γύναι, σὰν ἔβα, τάλαινα, καρδίαν;

Hominem ipsum nomen καρδία apud Aeschylum bis, apud Sophoclem nusquam, apud Euripidem septies significat.

Praeterea nomen invenitur in versu nondum emendato (Aesch. Eum. 522), ubi quid significet, nescio.

De Adiectivis cum Substantivo καρδία compositis.

Adiectiva, quorum altera pars nomen καρδία est, in -καρδιος desinunt. Apud poetas tragicos exstant:

εὐκάρδιος
ὀξυκάρδιος
ταλακάρδιος
τλησικάρδιος

εὐκάρδιος vocatur, cuius cor εὖ ἔχει quod ad fortitudinem attinet, nam ea virtus imprimis cordis propria est. Bis apud Sophoclem, ter apud Euripidem. Significatur *fortis.*

SOPH. Ai. 364 ὁρᾷς τὸν θρασύν, τὸν εὐκάρδιον, τὸν ἐν δαΐοις ἄτρεστον μάχαις, ἐν ἀφόβοις με θηρσὶ δεινὸν χέρας; ubi adiectivum θρασύς, audax, ut εὐκάρδιος, fortis, in bonam partem adhibitum est, ut saepe apud poetas. In sermone pedestri plerumque in malam partem adhibetur. Phil. 535 ἴωμεν, ὦ παῖ, προσκύσαντε τὴν ἔσω ἄοικον εἰσοίκησιν, ὥς με καὶ μάθῃς ἀφ' ὧν διέζων, ὥς τ' ἔφυν εὐκάρδιος. Verba sunt Philoctetis fortis in egestate perferenda. De iis, quae fortiter moriuntur: EUR. Hec. 579 οὐκ εἶ τι δώσων τῇ περίσσ' εὐκαρδίῳ; Hec. 549 = I. A. 1560 παρέξω γὰρ δέρην εὐκαρδίως.

ὀξυκάρδιος est is, cuius καρδία ὀξεῖα est, *prona ad*

audaciam, temeraria. Semel apud Aeschylum. S. c. Th. 907 ἐμοιράσαντο δ' ὀξυκάρδιοι κτήμαθ' ὥστ' ἴσον λαχεῖν. Adiectivum vergit in notionem vocis ὀξυθύμου, sed magis condicionem, quam temporarium statum animi indicat.

ταλακάρδιος vocatur, cuius καρδία τάλαινα est. Adiectivum τάλας cum nomine καρδία coniunctum apud poetas tragicos semper audacem, nusquam miserum indicare supra iam dictum est. Ea notione adiectivum compositum ταλακάρδιος apud Hesiodum (Scut. 424 τὸν μὲν ἔπειτ' εἴασε Διὸς ταλακάρδιος υἱός) occurrit. Itidem apud Sophoclem. O. C. 540 ἐδεξάμην δῶρον, ὃ μήποτ' ἐγὼ ταλακάρδιος ἐπωφέλησα πόλεος ἐξελέσθαι, quod paucis verbis dictum esse puto pro ἐδεξάμην δῶρον . . . εἴθε μήποτε τὴν πόλιν ἐπωφέλησα ἐγὼ ταλακάρδιος ὥστε τοῦτο τὸ δῶρον πόλεος ἐξελέσθαι. In sententiis talibus coniunctiones εἴθε sive εἰ γάρ, verbum ὤφελον, numquam omitti scio, neque ullum exemplum ex alio poeta vel scriptore graeco afferre possum; tamen versum, ut in codd. legitur, recte se habere mihi persuasum est et personam, quae partes Oedipodis gerebat, sonu effecisse, ut spectatores intellegerent, quid vellet.

τλησικάρδιος vocatur, cuius καρδία ἔτλη. Ex duplici notione huius verbi apparet τλησικάρδιος vocari posse:

1. is, cuius καρδία patitur, *patiens* est, ac nulla re movetur. Semel apud Aeschylum. Prom. 159 τίς ὧδε τλησικάρδιος θεῶν ὅτῳ τάδ' ἐπιχαρῆ; quis deorum tam patiens est, cui talia placeant? sc. ut non succurrat Prometheo, viro misero, immerito talia ferenti?

2. is, cuius καρδία audet, *audax*, fortis est. Translate dicitur de re, quae fortiter ferenda est. Semel apud

Aeschylum. Ag. 430 permulti caesi sunt: πένθεια τλησικάρδιος δόμοις ἑκάστου πρέπει: luctum fortiter ferre domum unius cuiusque decet.

Nomen καρδία in priore parte compositi cum radice verbi coniungitur. Apud poetas tragicos exstat:

καρδιόδηκτος. Ita vocatur, qui τὴν καρδίαν δακνεῖ, qui cor dolore afficit. Adiectiva verbalia a verbis, quae dicuntur, activis formata, quae cum nomine aut cum adverbio composita sunt, saepissime activa, quae dicitur, notione adhibentur; cf. Kühner Blass[3] I[II] pag. 289. Vox semel apud Aeschylum legitur. Ag. 1471 δαῖμον, ὃς ἐμπίτνεις δώμασι καὶ διφυίοισι Τανταλίδαισιν κράτος τ' ἰσόψυχον ἐκ γυναικῶν καρδιόδηκτον ἐμοί, κρατύνεις: dive, qui te inicis in domum atque in duas Tantalidas, qui regnas vi duarum feminarum, quae eadem fortitudine sunt, vi me dolore afficienti. Hic adiectivum καρδιόδηκτος idem significat ac δακέθυμος, δηξίθυμος, de quibus v. supra s. v. θυμός pag. 171.

Neque verba, neque substantiva cum stirpe nominis καρδίας composita ulla exstant.

III.

Κέαρ (Boisacq pag. 450) idem valet ac καρδία; apud poetas tragicos forma κῆρ nusquam occurrit. Nominativus et accusativus tantum leguntur atque ii semper in ultimo pede versus. Significatur:

I proprie *cor*. Ter apud Aeschylum, sed ea exempla in sequentibus recurrent. AESCH. Ag. 997 πρὸς ἐνδίκοις φρεσὶν τελεσφόροις δίναις κυκλούμενον κέαρ. Choe. 410 πέπαλται δαὖτέ μοι φίλον κέαρ τόνδε κλύουσαν οἶκτον. Suppl. 784 ἄφρικτον δ' οὐκέτ' ἂν πέλοι κέαρ.

II *Sedes affectuum.*

Dolore et metu palpitat cor. AESCH. Choe. 410 πέπαλται δαὖτέ μοι φίλον κέαρ τόνδε κλύουσαν οἶκτον. Suppl. 784 ἄφρικτον δ' οὐκέτ' ἂν πέλοι κέαρ. Ita Wilamowitzius, qui coniecturam Heathii in textum recepit.

Metu circumferri dicitur: AESCH. Ag. 996 πρὸς ἐνδίκοις φρεσὶν τελεσφόροις δίναις κυκλούμενον κέαρ. Quotienscumque cor palpitat, praecordia tangit, simul circumferri videtur, cf. Prom. 881. Mihi non videtur κυκώμενον legendum cum Headlamio, qui fortasse inductus est versu Archilocheo (fr. 66), de quo v. supra s. v. θυμός pag. 151, et versu Euripideo (Alc. 1067 θολοῖ καρδίαν).

Dolore editur, dolet cor. AESCH. Prom. 437 συννοίᾳ δὲ δάπτομαι κέαρ, ubi ex verbo δάπτομαι patet cogitationes Promethei tristes esse. 245 εἰσιδοῦσά τ' ἠλγύνθην κέαρ. EUR. Med. 398 οὐ γὰρ μὰ τὴν δέσποιναν . . . χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.

Gaudio ἐκπλαγῆναι dicitur cor: SOPH. Trach. 629 ὥστ' ἐκπλαγῆναι τοὐμὸν ἡδονῇ κέαρ: ut gaudio mei compos non essem. Verba sunt Lichae ad Deianiram narrantem, quanta comitate captivam receperit. Cf. Tr. 24 ἐγὼ γὰρ ἥμην ἐκπεπληγμένη φόβῳ, ubi verbo usus est poeta nulla voce animum aut mentem indicanti addita.

Gaudio τέρπεται. SOPH. Trach. 1246 οὐ δυσσέβεια τοὐμὸν εἰ τέρψεις κέαρ.

Amore calescit. AESCH. Prom. 590 ἣ Διὸς θάλπει κέαρ ἔρωτι.

Lamentationibus alitur. AESCH. Choe. 26 δι' αἰῶνος δ' ἰυγμοῖσι βόσκεται κέαρ, cf. Prom. 538 ἡδύ τι θαρσαλέαις τὸν μακρὸν τείνειν βίον ἐλπίσι, φαναῖς θυμὸν ἀλδαίνουσαν ἐν εὐφροσύναις.

Ira alicuius placari potest. AESCH. Prom. 379 ἐάν τις ἐν

καιρῷ γε μαλθάσσῃ κέαρ καὶ μὴ σφριγῶντα θυμὸν ἰσχναίνῃ βίᾳ: si quis in tempore animum demitigat, i. e, quoad animus ira afficitur, ipsa vero ira nondum exorta est.

Gaudio αἵρεσθαι dicitur: AESCH. Ag. 592 φρυκτωρῶν δία πεισθεῖσα Τροίαν νῦν πεπορθῆσθαι δοκεῖς; ἦ κάρτα πρὸς γυναικὸς αἵρεσθαι κέαρ, quibus verbis significat ea, quae Chorus dixerat v. 480 sqq. Verbum αἵρεσθαι cum nomine θυμός coniunctum legimus Soph. O. R. 914.

Cor ipsum sperare, irritari dicitur: AESCH. Prom. 390 τούτου φυλάσσου μή ποτ᾽ ἀχθεσθῇ κέαρ. SOPH. O. C. 655 τοὐμὸν οὐκ ὀκνεῖ κέαρ. Prae metu dormire non potest AESCH. S. c. Th. 288 φόβῳ δ᾽ οὐχ ὑπνώσσει κέαρ.

Metri causa videntur mihi poetae tragici saepe nomine κέαρ usi esse cum aliud nomen animum sive mentem significans in loco melius quadraret. Apud Aeschylum τὸ κέαρ afficitur metu, dolore, amore, ira, gaudio, apud Sophoclem gaudio, apud Euripidem dolore. Sedem affectuum nomen κέαρ apud Aeschylum undecies, apud Sophoclem ter, apud Euripidem semel[1] indicat.

III *Mores.*

AESCH. Prom. 184 κέαρ ἀπαράμυθον ἔχει Κρόνου παῖς, ad quem versum conferendus est EUR. Herc. v. 833 ἄτεγκτον καρδίαν, de quo v. supra s. v. καρδία pag. 241.

IV *Animus, sensus, animi affectio, voluntas.*

AESCH. Prom. 165 πρὶν ἂν ἢ κορέσῃ κέαρ ἢ . . . Ag. 11 ὧδε γὰρ κρατεῖ γυναικὸς ἀνδρόβουλον ἐλπίζον κέαρ: sic enim regit animus mulieris, spei plenus, virilia consilia moliens. SOPH. Ai. 686 εὔχου τελεῖσθαι τοὐμὸν ὧν ἐρᾷ κέαρ. O. R. 688 ὁρᾷς ἵν᾽ ἥκεις ἀγαθὸς ὢν γνώμην ἀνήρ, τοὐμὸν παριεὶς καὶ καταμβλύνων κέαρ; EUR. Med. 911 ἀλλ᾽ ἐς τὸ λῷον σὸν

μεθέστηκεν κέαρ. ἔγνως δὲ τὴν νικῶσαν ἀλλὰ τῷ χρόνῳ βουλήν.

Sensum, animi affectionem indicans nomen κέαρ apud Aeschylum b i s, apud Sophoclem b i s, apud Euripidem s e m e l occurrit.

V *Homo ipse.*

Multa iam enumerata sunt, ubi τὸ κέαρ hominis instar aliquid facere dicitur, ex. gr. ἄχθεσθαι (Aesch. Prom. 390) ἐρᾶν (Soph. Ai. 686) ὀκνεῖν (Soph. O. C. 655) βόσκεσθαι (Aesch. Choe. 26) ἐλπίζειν (Aesch. Ag. 11) ὑπνώσσειν (S. c. Th. 287). Quae iterare nolo.

Praeterea nomen κέαρ in codd. invenitur EUR. Herc. 1003 Παλλὰς κραδαίνουσ' ἔγχος ἐ π ὶ λ ό φ ῳ κ έ α ρ. quae verba verti non possunt. Verisimile est κέαρ errore in codices irrepsisse, nam bis tantum apud Euripidem legitur. Ex iis, quae viri docti coniecerunt, maxime placet Canteri ἐπίλογχον χερί.

N e q u e a d i e c t i v a n e q u e s u b s t a n t i v a c u m n o m i n e κέαρ c o m p o s i t a a p u d p o e t a s t r a g i c o s u l l a e x s t a n t.

C u m s t i r p e n o m i n i s κέαρ c o h a e r e t v e r b u m κ η ρ α ί ν ω (Boisacq pag. 450) *cura* afficior. Bis apud Euripidem. Herc. 518 τί φημι; ποῦ ὄνειρα κηραίνουσ' ὁρῶ: Hipp. 223 τί ποτ', ὦ τέκνον, τάδε κηραίνεις;

O p e p r a e p o s i t i o n i s πρό a verbo κηραίνω compositum est

π ρ ο κ η ρ α ί ν ω τ ι ν ό ς. *pro aliquo cura afficior.* Semel apud Sophoclem. Trach. 29 ἀεί τιν' ἐκ φόβου φόβον τρέφω, κείνου προκηραίνουσα. ad quem versum scholiasta adnotat: μεριμνῶσα κατὰ τὸ κέαρ.

Cor in visceribus habetur, unde factum est, ut affectus ei, qui in corde sedem habent a poetis in visceribus ponerentur. Sic vocabula σπλάγχνον, ἧπαρ, στέρνον nonnumquam translate usurpata sunt. Cum nomine σπλάγχνον composita adiectiva leguntur ἄσπλαγχνος, εὔσπλαγχνος, θρασύσπλαγχνος, κακόσπλαγχνος, in quibus vox σπλάγχνον translatam notionem habet. Plerumque vero ea nomina propria notione a poetis adhibita sunt. Qua re de iis mihi in hac dissertatione agendum non fuit.

Inter vocabula, quibus poetae tragici mentem animumque significant, duo sunt, quorum notio primaria corporalis est [φρένες (φρήν) et καρδία (κραδία, κέαρ)], quattuor (θυμός, νοῦς, ψυχή, μένος) quibus res corpore carentes indicantur. Ex quibus ὁ θυμός et τὸ μένος valent ad nos incitandos, ut agamus, ἡ ψυχή, ipsa nobis melior, ei, in quo habitat, obnoxius est, ὁ νοῦς autem summa pars nostri est. Nusquam apud poetas tragicos ἡ ψυχή alias animi partes continere dicitur, sed facile eo adduci poterat quis, quia ἡ ψυχή velut alter homo in homine putabatur.

Paucis annis post tragicorum tempora Plato in libro, qui inscribitur De Republica, IV 435 B sqq. animum humanum perhibuit complecti tres partes, quarum prima rationis, altera fortitudinis ac irae tertia autem cupiditatis sedes esset. Eam tertiam partem τὸ ἐπιθυμητικόν vocabat. Vocabula ἐπιθυμεῖν, ἐπιθυμία apud poetas tragicos perraro occurrere supra vidimus. Locum τοῦ ἐπιθυμητικοῦ apud eos ipse θυμός obtinet, qui recte temperatus et intra iustos fines coercitus fortitudinis, virtutis sedes fit, vero cum non regitur auda-

ciae, irae, cupiditatum pravarum. Is ad hominem movendum valet, gubernandusque est a mente. Quod nisi fit, homini ipsi molestus est, ut ex. gr. Oedipodi, cui in fabula Sophoclea opponitur vir, qui in omnibus rebus mentis suae rationem habet, Creon, cui nulla fere vocabula magis placere quam φρονεῖν, φρένες taliaque perspicitur ex fabula Antigonae. Qua re adductus Ch. Knapp, American Journal of Philology XXXVII 1916 pag. 300 vocabula φρονεῖν et φρένες „*the motif in the Antigone*" vocavit, quae vocabula illic semper mentem significare ei constat.

Non sine ullo discrimine poetae tragici vocabula, quae mentem et animum indicant, usurpaverunt. Sunt loci, ubi aliud nomen melius quadraret, sed Euripides notiones horum vocabulorum non magis conturbavit quam ipse Sophocles. Neque minimum in ea re metrum valuit, quo factum est ut imprimis nomine φρήν (φρένες) cuius cum singulari tum plurali numero sine ullo discrimine uti poterant, magnopere delectarentur.

INDEX VOCABULORUM.

THESES

I

Non sine ullo discrimine Graeci, qui aetate poetarum tragicorum erant, vocabulis, quibus mens animusque significantur, utebantur.

II

Seneca Troad. v. 6 sqq.:

> columen eversum occidit
> pollentis Asiae, caelitum egregius labor,
> ad cuius arma venit et qui frigidum
> septena Tanain ora pandentem bibit,
> et qui renatum primus excipiens diem
> tepidum rubenti Tigrin inmiscet freto
> et quae vagos vicina prospiciens Scythas
> ripam catervis Ponticam viduis ferit.
> Excisa ferro est, Pergamum incubuit sibi.

Ordo versuum, qui in codd. servatur, sanus est, interpungendum post v. 13.

III

Matre interfecta Nero acclamationem imperatoriam accepit.

IV

Ea, quae Charmides Critiasque apud Platonem de voce *σωφροσύνη* proferunt prorsus conveniunt cum usu cotidiano huius vocabuli apud Athenienses quinti saeculi a. Chr. n.

V

Ad diiudicandum utrum carmen primum Catulli ad totum eius librum an ad partem modo pertineat vocabulum „libellus" in primo versu nihil valet.

VI

Monumentum Ancyranum non Romae, sed in provincia graece versum est.

VII

Sophocles frgm. 141 N:

ἐγῷδ' ὃ φεύγεις· οὐ τὸ μὴ κλύειν κακῶς
ἀλλ' ἐγγὺς Ἕκτωρ ἐστί· θυμαίνειν καλόν.

Legendum: *οὐ μεῖναι.*

VIII

Seneca Med. 477 sq.:

aliena quaerens regna deserui mea:
per spes tuorum liberum et certum larem..

Versus 477 non cum Leo post v. 482 ponendus.

IX

Caracalla ante captum Byzantium in Mesopotamia Caesar appellatus est.

X

Sophocles El. 913 Sq.:

ἀλλ' οὐδὲ μὲν δὴ μητρὸς οὔθ' ὁ νοῦς φιλεῖ
τοιαῦτα πράσσειν οὔτε δρῶσ' ἐλάνθανεν.

Legendum: *ἐλάνθαν' ἄν.*

Exempla, quae apud Kühner Gerth[3] I pag. 215 ex poetis tragicis afferuntur ad codicum lectionem defendendam nihil valent.

Euripides Troad. 399:

Πάρις δ' ἔγημε τὴν Διός· γήμας δὲ μή
σιγώμενον τὸ κῆδος εἶχεν ἐν δόμοις.

Legendum: *εἶχ' ἂν ἐν δόμοις.*

Euripides Bacch. 1312:

οὐδεὶς ὑβρίζειν ἤθελ' εἰσορῶν τὸ σὸν
κάρα· δίκην γὰρ ἀξίαν ἐλάμβανεν.

Legendum: *ἐλάμβαν' ἄν.*

XI

Horatius Sat. II 1. 86:

solventur risu tabulae, tu missus abibis.

Prior pars versus sic interpretanda: risu leges vim suam perdent.

XII

Caracalla Caesare facto Clodius Albinus Augusti nomen sibi assumpsit.

XIII

Euripides Hec. 1025 sqq:

ἀλίμενόν τις ὡς εἰς ἄντλον ἐμπεσὼν
λέχριος ἐκπέσῃ φίλας καρδίας
ἀμέρσας βίοτον.

Legendum:

ἀλίμενόν τις ὡς εἰς ἄντλον πεσὼν
λέχριος ἐκπεσῇ κ. τ. λ.

XIV

Seneca Troad. v. 488 sqq,:

ANDR. omen tremesco misera feralis loci.
SEN. Haec causa multos una ab interitu arcuit:
credi perisse. ANDR. Vix spei quicquam est super;
grave pondus illum magna nobilitas premit.
SEN. Ne prodat aliquis, amove testes doli.
ANDR. Si quaeret hostis? SEN. Urbe in eversa perit.
ANDR. Quid proderit latuisse redituro in manus?
SEN. Victor feroces impetus primos habet.
ANDRE. Quid quod latere sine metu magno nequit?
SEN. Miser occupet praesidia, securus legat.
ANDR. Quis te locus, quae regio seducta, invia tuto
reponet? quis feret trepidis opem?

Versus ordine tradito neque logicae neque psychologicae rationi obstant.

XV

Minus recte van Wageningen *Latijnsch Woordenboek* ed. alt. pag. 595 concinendi verbum apud Suetonium v. Gai 54. 1 *(quominus et tragoedo pronuntianti concineret)* vertit *„met de fluit* begeleiden."

XVI

Dindorf Schol. Euripid. I pag. 336 ad Hec. v. 468: *κροκέῳ πέπλῳ· ἤγουν ἐν ἱματίῳ βεβαμμένῳ ἀπὸ τοῦ κρόκου* Fl. 6. 9. 21. 56. 59. 76. *ἐν κοκκίνῳ βλαττίῳ* Fl. 33.

Legendum: *ἐν κοκκίνῳ ἱματίῳ.*

XVII

Propertius II 12, 18.

Si *pudor est alio* traice tela tua.

Legendum est: Si *puer es tu ales.*

XVIII

Omnis lustratio fiebat ad daemones arcendos.

XIX

Oxyr. Pap. 420.

ὁ πορσφέτης ὁ τὸν Ὀρέστη. . . . . ἐψας-

Supplendum : *Ὀρέστην ἐπεκκλέψας.*

XX

In tragoedia Senecae, quae inscribitur Agamemno, non cum Richtero v. 605–609 post v. 595 collocandi sunt, sed ordo versuum, quem codd. exhibent, retinendus est.

XXI

In societatibus coniungendis sanguis hominis innocentis aut pueri bibebatur, ut socii inter se coniungerentur culpa communi. Nec assentiendum est Steinii verbis in adnotatione ad Her. III 11 ; neque recte huc traxit quae apud Scythas in iure iurando faciendo observabantur (IV 70).

XXII

Euripides Alc. 259 sqq.

ἄγει μ' ἄγει τις· ἄγει μέ τις — οὐχ ὁρᾷς; —
νεκύων ἐς αὐλάν,
ὑπ' ὀφρύσι κυαναύγεσι
βλέπων πτερωτὸς – Ἅιδας
[μέθες με] τί ῥέξεις; ἄφες.

Legendum : *ἀίεις.*

XXIII

Seneca Oed. 878 sq.

redde nunc animos acres
nunc aliquid aude sceleribus dignum tuis.

Adiectivum acer mutandum non est.

XXIV

Non assentiendum est W. Wundt Gr. Ethik II pag. 271 haec disserenti:

„*Das innere Leben der Seele in Drang und Erregung, Spannung und Beruhigung ist von den Stoikern, wie es scheint, zuerst apperzipiert worden .... Sie stellen eine ganze Reihe von Bezeichnungen für charakteristische Verlaufsformen der Gefühle auf und reden so von Zusammenziehungen und Zerstreuungen der Seele, von Erhebungen und Senkungen, von Erniedrigungen und Lähmungen, von Bissen.*"

XXV

Seneca Troad. v. 816—818 post v. 822 collocandi non sunt. In codd. leguntur:

Quae vocat sedes habitanda captas?
Thessali montes et opaca Tempe
an viros tellus dare militares
aptior Phthie meliorque fetu
fortis armenti lapidosa Trachin,
an maris vasti domitrix Iolcos ...

Ordo versuum sanus esse videtur.

XXVI

In versu Med. 529 *σοὶ δ'ἔστι μὲν νοῦς λεπτός* Euripides spectat ad Anaxagorae fragm. D 12 *νοῦς. . . ἔστι γὰρ λεπτότατον πάντων χρημάτων.*

XXVII

Faciendum est cum iis, qui Boni Pastoris effigiem ad simulacrum Mercurii vervecem ferentis retulerunt.

IN LIBRIS SAPIENTIA